
ΠΟΘΕΙΣ ΤΟΝ ΟΤ ΠΑΡΟΝΤΑ ΚΑΙ ΜΑΤΗΝ ΚΑΛΕΙΣ.

ΕΡΜΗΣ.

οἴμοι δὲ κωλῆς, ἧς ἐγὼ κατήσθιον.

ΚΑΡΙΩΝ.

ἀσκωλίας ἐνταῦθα πρὸς τὴν αἰθρίαν.

ΕΡΜΗΣ.

σπαλάγχνων τε θερμῶν, ὧν ἐγὼ κατήσθιον.

ΚΑΡΙΩΝ.

ὀδύνη σε πρὸς τὰ σπλάγχν' ἔοικ' ἐπισπερφθεῖν.

ΕΡΜΗΣ.

οἶμαι δὲ κύλικος ἴσον ἴσῳ κεκραμένης.

ΚΑΡΙΩΝ.

ταύτην ἐπιπιὼν, ἀποτρέχων οὐκ ἂν φθάνοις.

ΕΡΜΗΣ.

ἆρ' ὠφέλησας ἄν τι τὸν σαυτοῦ φίλον;

ΚΑΡΙΩΝ.

εἴ του δέει γ', ὧν δυνατός εἰμί σ' ὠφελεῖν.

ΕΡΜΗΣ.

εἴ μοι πορίσας ἄρτον τιν' εὖ πεπεμμένον
δοίης καλαφαγεῖν, καὶ κρέας νεανικὸν,
ὧν θύεθ' ὑμεῖς ἔνδον.

ΚΑΡΙΩΝ.

ἀλλ' οὐκ ἔκφορα.

ΕΡΜΗΣ.

καὶ μὴν ὁπόστε τι σκευάριον τοῦ δεσπότου
ὑφέλοι, ἐγώ σε λικνάνειν ἐποίουν ἀεί.

ΚΑΡΙΩΝ.

ἐφ' ᾧ τε μετέχειν καὶ τοῦ, ὦ τειχωρύχε.
ἦκεν γὰρ ἄν σοι νασίου εὖ πεπεμμένος.

ΕΡΜΗΣ.

εἶτα τοῦτόν γ' αὐτὸς ἂν κατήσθιες.

ΚΑΡΙΩΝ.

οὐ γὰρ μετεῖχες τὰς ἴσας πληγὰς ἐμοί,
ὁπόστε τι ληφθείην πανουργήσας ἐγώ.

ΕΡΜΗΣ.

μὴ μνησικακήσῃς, εἰ σὺ φυλὴν κατέλαβες.

ἀλλὰ ξύνοικον, πρὸς θεῶν, δέξασθ' ἐμέ.

ΚΑΡΙΩΝ.

ἔπειτ', ἀπολιπὼν τοὺς θεούς, ἐνθάδε μενεῖς;

ΕΡΜΗΣ.

τὰ γὰρ παρ' ὑμῖν ἐστὶ βελτίω πολύ.

ΚΑΡΙΩΝ.

τί δαί; ταυτεμολεῖν ἀσπλεῖσν εἶναί σοι δοκεῖ;

ΕΡΜΗΣ.

ΠΑΤΡΙΣ ΓΑΡ ΕΣΤΙ ΠΑΣ' ΙΝ' ΑΝ ΠΡΑΤΤΗι ΤΙΣ ΕΥ.

ΚΑΡΙΩΝ.

τί δῆτ' ἂν εἴης ὄφελος ἡμῖν ἐνθάδ' ὤν.

ΕΡΜΗΣ.

παρὰ τὴν θύραν Στροφαῖον ἱδρύσασθ' ἐμέ.

ΚΑΡΙΩΝ.

Στροφαῖον; ἀλλ' οὐκ ἔργον ἐστὶ οὐδὲν σίροφῶν.

ΕΡΜΗΣ.

ἀλλ' Εμπολαῖον.

ΚΑΡΙΩΝ.

ἀλλὰ πλουτοῦμεν· τί οὖν
Ερμῆν παλιγκάπηλον ἡμᾶς δεῖ τρέφειν;

ΕΡΜΗΣ.

ἀλλὰ Δόλιον τοίνυν.

ΚΑΡΙΩΝ.

Δόλιον; ἥκιστά γε.
οὐ γὰρ δόλου νῦν ἔργον, ἀλλ' ἁπλῶν τρόπων.

ΕΡΜΗΣ.

ἀλλ' Ηγεμόνιον.

ΚΑΡΙΩΝ.

ἀλλ' ὁ θεὸς κἂν βλέπει,
ὥσθ' ἡγεμόνος οὐδὲν δεησόμεσθ' ἔτι.

ΕΡΜΗΣ.

Εναγώνιος τοίνυν ἔσομαι. καὶ τί ἔτ' ἐρεῖς;
Πλούτῳ γὰρ ἐστὶ τοῦτο συμφοράταιον,

ποιεῖν ἀγῶνας μουσικοὺς καὶ γυμνικούς.

ΚΑΡΙΩΝ.

ὡς ἀγαθόν ἐσθ' ἑταιρυμίας πολλὰς ἔχειν·
οὗτος γὰρ ἐξεύρηκεν αὐτῷ βιότιον.
οὐκ ἐτὸς ἅπαντες οἱ δικάζοντες θαμὰ
σπεύδουσιν ἐν πολλοῖς γεγράφθαι γράμμασιν.

ΕΡΜΗΣ.

οὐκοῦν ἐπὶ τούτοις εἰσίω.

ΚΑΡΙΩΝ.

καὶ πλεῖνέ γε
αὐτὸς προσελθὼν πρὸς τὸ φρέαρ τὰς κοιλίας,
ἵν' εὐθέως διακονικὸς εἶναι δοκῇς.

ΙΕΡΕΥΣ.

τίς ἂν φράσειε ποῦ 'στι Χρεμύλος μοι σαφῶς;

ΧΡΕΜΥΛΟΣ.

τί δ' ἐστίν, ὦ βέλτιστε;

ΙΕΡΕΥΣ.

τί γὰρ ἄλλ', ἢ κακῶς;
ἀφ' οὗ γὰρ ὁ Πλοῦτος οὗτος ἤρξατο βλέπειν,
ἀπόλωλ' ὑπὸ λιμοῦ. καταφαγεῖν γὰρ οὐκ ἔχω,
καὶ ταῦτα τοῦ Σωτῆρος ἱερεὺς ὢν Διός.

ΧΡΕΜΥΛΟΣ.

ἡ δ' αἰτία τίς ἐστιν, ὦ πρὸς τῶν θεῶν;

ΙΕΡΕΥΣ.

θύειν ἔτ' οὐδεὶς ἀξιοῖ.

ΧΡΕΜΥΛΟΣ.

τίνος οὕνεκα;

ΙΕΡΕΥΣ.

ἔτι πάντες εἰσὶ πλούσιοι· καίτοι τότε,
ὅτ' εἶχον οὐδέν, ὁ μὲν ἂν ἥκων ἔμπορος
ἔθυσεν ἱερεῖόν τι σωθείς· ὁ δέ τις ἂν
δίκην ἀποφυγών· ὁ δ' ἂν ἐκαλλιερεῖτό τις,
καὶ μετεκάλει τὸν ἱερέα· νῦν δ' οὐδὲ εἷς



IN

ARISTOPHANEM

VARIÆ LECTIONES,

NOTÆ

ET

EMENDATIONES.

IN LYSISTRATAM.

Collata fuit hæc fabula ad Codices manuſcriptos tres. Sunt autem :

A. Regius MMDCCXV.

B. Regius MMDCCXVII.

Aug. Codex chartaceus e Bibliotheca Senatus Auguſtani, quo præter alia continentur Comici noſtri Theſmophoriazuſæ & Lyſiſtrata, minutiſſimis ductibus, ſed eleganter exaratus, ſæculi, ut videtur XV. ſub finem, ſed ex antiquo integroque exemplari.

ARGUMENTUM in duobus Regiis non comparet, nec fuit in codice Urbinate, e quo Bernardus Junta duas fabulas Aldo incognitas primus in lucem protraxit: quumque in principe illa editione deeſſet, caruerunt itidem eo ſequentes omnes, ex Juntina derivatæ, donec Kuſterus, qui primus tenuem Criticæ faculam Comico admovit, ex alio codice illud edidit. Nos idem argumentum ad Aug. codicis fidem emendavimus.

Lin. 4. τὰς μὲν ἐξωπίους ἐμπριλάς. Ultimam vocem vel conſulto omiſit, ut corruptam, Kuſterus, vel in codice ſuo non reperit. Veteris lectionis veſtigiis inſiſtentes indagent alii quid olim ſcriptum fuerit.

L. 8. μετ' ὀλίγον, *paulo poſt.* Sic cod. noſter. Kuſterus ὀλίγων. Idem mox male τοξευτῶν: cod. τοξοτῶν.

L. 12. ταμιεύσονται. Sic cod. Kuſterus ταμιεύονται, minus bene, quum ſequatur καλαπαύσουσιν, quod verbum perperam cod. in modum ſubjunctivum transfert.

L. 13. οὗτος μὲν οὖν καλαπλαγεὶς τοῦ θράσους. Kuſterus τὸ θράσος, omiſſo οὖν.

L. 16. ἐξκαρτερῶσι δέ. Sic bene cod. Perperam vulgo ἐξκαρτερῶσαι.

L. 17. E loci ſententia facile intelligitur quid ſignificet participium χυδροτομοῦσα, *irridens, ludibrio habens, ludificans.* Genuinum eſſe græcum verbum χυδροτομεῖν nec affirmare nec negare auſim: quibus ſecus videbitur, per me licet legant κερτομοῦσα.

L. 20. Voces οἱ Ἀθηναῖοι, & quæ ſequuntur uncis incluſæ, ſenſu flagitante inſerui.

L. 23. Poſt vocem πρέσβεις lacuna eſt in codice.

L. 24. Cod. ἀναμνήσασα παλαμὰς εἰς ἀλλήλους γενομένας διαλλάττει ἐν φανερῷ.

L. 26. Cod. ἐκάστοις. Vulgo ἐκάστους.

L. 27. τοῦ μετὰ Κλεόκριτον. Sic recte cod. id eſt anno I. Olymp. XCII. Perperam Kuſterus Λεώκριτον.

ARGUMENTI METRICI verſum ultimum non aliter exhibet cod. quam vulgo legitur, id eſt miſere depravatum. Pro ſuo lubitu & captu quivis eum emendet: ego vero legendum cenſeo:

σπονδὰς τιθέμενοι τὸν πόλεμον ἐξώρισαν.

ad corruptam lectionem propius accederet ἐξήρκασαν. Sed quin pro ſincero habeatur obſtat proſodia, quum in ἐξερῶ penultima producatur, nec ἐξερᾷ̃ζω uſu comprobatum ſit.

Verſ. 1. Ες Βακχεῖον. Magis Atticum eſt ἰὲς quam εἰς, quod præferunt A. & Aug. cum Juntina. Sed B. ἐς, quomodo etiam ante inſpectum illum codicem ſcripſeram.

5. πλὴν ἤ γ' ἐμή. Sic tres codd. & Juntina, aliæque antiquæ. Perperam Kuſterus ἤ γ' — Naturalis ordo eſt: πλήν γε ἤδε ἡ ἐμὴ κωμῆτις ἐξέρχεται. — Πλὴν valet ἀλλ' ὅμως, quo ſignificatu particulam ἤ non adſciſcit.

11. ἀνδρᾶσι νενομίσμεθα. Sic A. & Aug. Vulgo minus bene ἀνδράσιν.

16. ἥξουσι. καλεσᾷ τοι γυναικῶν ἔξοδος. Juntina, quam ſequuntur

editiones ceteræ, cod. etiam Aug. χαλεπή τε. Posterius ex prava pronuntiatione ortum. Duo Regii τοι, quod & metro & loquendi rationi satisfacit. Antequam Regios inspexissem codices reposueram pro jure meo χαλεπὴ δ' ἡ γυναικῶν ἔξοδος, quod & Th. Burgessio, qui nuperrime summo literarum bono novam procuravit Daweſii Miscellaneorum Criticorum editionem, facillimum & ad vulgatum accommodatissimum videtur. Sed postquam Scaligeri emendarioni duorum codicum accessit auctoritas, eam quam exhibeo lectionem, retinendam omnino censui. Non enim is ego sum, qui facile animum inducam, verborum constructionem, quæ apud Tragicos frequentissima nihil habet offendiculi, *cane pejus & angue* a Comicis vitari debuisse: qua de re infra prolixius agam.

17. ἐκύπλασεν. Schol. ἀντὶ τοῦ ἐσθράσυνεν. κυπλάζειν ἐστὶ τὸ περί τι πονεῖν καὶ διατρίβειν. κομψῶς δὲ τῇ ἀμφιδολίᾳ καὶ ἐπιχαρίτως κέχρηται, καθὰ καὶ Σώφρων.

Πλεῖσθαι γυναῖκες ἐνθαδὶ κυπλάζουσιν.

Vide viros doctissimos Valckenarium ad Ammonium L. II. c. 13. & Toupium ad Suidam II. 102.

18. ἡ δὲ παιδίον. Clausulam hanc, integrumque versum sequentem profert Pollux VI. 33. ubi quum olim recte editum fuisset παιδίν, novissimi editores e ridicula erga suos codices superstitione, nulla metri habita ratione, reposuerunt παῖδα, sicque sibi sapere visi sunt.

20. ἦν γε. Posterioris voculæ, e Regio A. repositæ, omissione claudicabat hic versus. Conjeceram prius: ἀλλ' ἕτερα χαίρ' ἦν. A Juntina non discrepat Aug. In B. ἦν τῶνδε προυργιαίτερα, superscripta e scholiis varia lectione:

ἀλλ' οὐκ ἐκείνων ἦν τάδε προυργιαίτερα
αὐταῖς;

Sed vitiosa est ista lectio, quia nihil præcessit, quo referri queat τάδε. Ad προυργιαίτερα addita glossa ἀναγκαιότερα.

22. ξυσκαλεῖς. Vulgo, neglecto Atticismo, συσκαλεῖς. In his nulla est apud me librariorum auctoritas. Quod tamen antea reposueram, confirmavit demum Regius A.

23. μῶν καὶ παχύ. Quod dixit Lyſiſtrata μέγα, accipit Calonice de virili membro.

24. νὴ τὸν Δία παχύ. Sic A. duo alii, ut vulgo, καὶ νὴ Δία παχύ.

25. ταχὺ γὰρ ἂν ξυνήλθομεν. Frequentiſſima hîc eſt ellipſis, quam ſemel obſervaſſe ſatis erit. Plena phraſis eſt: εἰ γὰρ οὗτος ἦν ὁ τρόπος, ταχὺ ξυνήλθομεν ἄν. *Si enim ad magnum & craſſum penem convocatæ fuiſſemus, cito conveniſſemus.* Namque, ut eſt in Priapeiis, Carm. VII. obſervante Berglero:

Nimirum ſapiunt, videntque magnam
matronæ quoque mentulam libenter.

27. πολλαῖσιν ἀγρυπνίαισιν, ſine copula. Sic duo Regii eleganter. Languide vulgo πολλαῖσί τ' ἀγρυπνίαισιν.

29. ὥσθ' ὅλης. Sic recte Aug. Mendum typographicum ὥστ' ἔλης a Juntina uſque per omnes editiones propagatum fuit. In duobus Regiis minus bene ὡς ὅλης.

31. ἐπ' ὀλίγου γ' ἄρ' οἴχεται. Vulgo γὰρ οἴχετο. Quam ante inſpectos codices admiſeram lectionem partim Florentis ſuaſu, partim emendatione mea certiſſima, imprudens in textu reliqui: ille enim οἴχεται pro vulgato οἴχετο legi voluit: ego autem γὰρ in duas diviſi particulas: quæ omnia etiam Berglero placuiſſe vidi. γ' ἄρ' diviſim ſcriptum poſtea reperi in Regio A. Sed codices tres mei in alia, eaque meliore conſentiunt lectione; non οἴχετο, ſed εἴχετο exhibentes, quod omnino reponi debuit. Vereor enim ut e Græcis noſtris, ſalva lingua indole, erui poſſit ſententia in verſione expreſſa: *parum abeſt quin nulla ſit.* Hoc ſenſu græce non dicitur ἐπ' ὀλίγου, ſed abſolute ὀλίγου ſuppreſſo verbo δεῖν. Vid. Theſm. 935. Veſp. 829. Acharn. 348. 381. quorum locorum in nullo ſcribere poteris ἐπ' ὀλίγου pro ὀλίγου. Jam vero ἔχεσθαι ſæpiſſime nihil aliud valet quam εἶναι: & εἶναι vel ἔχεσθαι ἐπ' ὀλίγου eadem ratione dicitur & non valde diſſimili ſenſu, quam εἶναι, σῆναι, βῆναι ἐπὶ ξυροῦ. Gallice: *Il tenoit donc a bien peu de choſe.*

33. μήτε Πελ — Sic bene duo Regii: perperam vulgo μηδὲ.

Huic μήτι respondet v. 36. Βοιωτίους τι. Additura mox erat Lysistrata perituros etiam esse Athenienses omnes; sed se ipsam reprimit, nec tale quid in patriæ suæ perniciem ominari velle ait. Nihil hîc intellexit Berglerus.

36. πάντας γ' — Eleganter insertam particulam γε habent duo Regii.

38. ἀλλ' ὑποτόησον σύ μοι. Id est ἄλλο. Sic Pl. 361. σὺ μηδὲν εἰς ἐμ' ὑποτόει τοιοῦτο. *Hæc in melius accipe.* In codicibus quidem scriptum, ut vulgo, ἀλλ' pro ἀλλὰ, & in B. superscripta glossa e scholiis, ὅτι ἀπολοῦνται δηλονότι, Sed falsus est hic sensus. Nihil enim *suspicari* vel *conjicere* poterat Calonice, quæ de Lysistratæ consilio nondum quicquam compererat. Temere & incogitanter, textu meo forte non inspecto, Berglerum in versione secutus sum. Pro his verbis *tu ipsa conjecturam facias:* repone, *aliud te suspicari velim.* μοι possit eodem sensu positum esse, quam εἰς ἐμὲ in altero exemplo: sed mihi videtur abundare, quod frequens est & elegans.

44. προκωτὰ Φορεῦσαι. Sic bene Aug. cum Juntina aliisque veteribus. Kusterus προκωλοφορεῦσαι, quæ scriptura binorum Regiorum est. At melior est nostra lectio, quia simplex φορεῦσαι sequentia etiam regit nomina κιμβερικὰ & περιβαρίδας. Postremi male Berglerus casum mutat, maleque etiam locum vertit, tanquam si περιβαρίδες scriptum esset. Tres codd. perspicue περιβαρίδας præferunt. In duobus Regiis καὶ κιμμεριστορθοσλάδια, sine vocum distinctione: in Aug. καὶ κιμβερμυστορθοσλάδια. Scilicet hæsitans librarius, nesciensque utram e duabus præferret scripturis, ambas repræsentavit simul conjunctas. κιμβερινὸν pro κιμβερικὸν male legitur apud Suidam.

45. περιβαρίδες calcei sunt, quibus maxime utebantur ancillæ, teste Polluce VII. 92. quod paulo supra confirmat his Cephisodori versibus:

σανδάλιά τε τῶν λεπτοσχιδῶν,
ἐφ' οἷς τὰ χρυσᾶ ταῦτ' ἔπεισιν ἄνθεμα·
νῦν δ', ὥσπερ ἡ θεράπαινα, ἔχω περιβαρίδας.

Quod tamen nihil aliud oſtendit, quam περιϐαρίδας calceos fuiſſe minus pretioſos, quibus etiam ingenuae uti poterant.

48. Perperam hic verſus vulgo verſui 45. ſubjicitur, ſede perquam aliena, quod & Kuſterus animadvertit, addens eum in duobus codicibus a ſe inſpectis poſitum eſſe eo loco in quem eum reposuimus. Cum illis Kuſteri codicibus conſentiunt bini Regii, ubi idem, quem exhibemus, verſuum ordo. Fruſtra tempus & operam contriviſſemus, ſi Kuſteri exemplo bonas codicum lectiones in notis indicare contenti, priores mendas in textu reliquiſſemus, qua veterum auctorum edendi ratione nihil eſt ineptius. Eſt autem hic & Concion. 929. χ᾽ ἥſχουσα pro καὶ ἡ ἄſχουσα. Heſychius: ἄſχουσα, μέζα, ἢ φυκοῦνται τὰ γύναια. Etymol. ἴſχουσα, εἶδος βοτάνης, ἢ καὶ διὰ τοῦ α λέγεται ἄſχουσα. Ἀτλικοὶ δὲ διὰ τοῦ ε. Sed fallitur prava codicum deceptus ſcriptura, quae Thomae etiam fraudi fuit, cujus adeundus interpres. Apud Comicum, quo nemo Ἀτλικώτερος, ſcriptum hoc nomen per α in Theſm. II. fragm. VIII. Gallis herba iſta *Orcanette* vocatur.

52. μήτ᾽ ἀσπίδα & v. ſeq. μήτε ξιφίδιον dant duo Regii, melius quam, ut vulgo, μηδ᾽ & μηδέ.

56. ὄψει του. Sic duo Regii. Vulgo ὄψει γε. Iidem & Aug. habent ὦ μελί᾽ ὄψει. Recte in codd. ſcriptum ὦ μέλ᾽ Concion. 245. quod notandum. Licet enim a μέλιος femininum ſit μελία, ut Veſp. 312. tamen vocativo ὦ μέλι compellantur tam feminae quam viri.

60. ἐπὶ τῶν πελήτων. Jocus eſt ex ambiguo. πέλης ſignificat parvum navigium, qualia conſcendiſſe oportebat Salaminias mulieres, quae Athenas deferendae erant: tum notat equum deſultorium, & inde, ut ait noſter, Ἀφροδίτης τρόπον, quo ſibi morigerari noluiſſe meretricem facete queritur ſervus in Veſpis v. 500. Hujus ſchematis meminit Horatius Serm. II. 7.

> Quæcunque excepit turgentis verbera caudæ,
> clunibus aut agitavit equum laſciva ſupinum.

At illud graphice deſcribit Apuleius loco quem emendatum protulit elegantiſſimus Ruhnkenius ad Julium Rufinianum p. 260. *Inſcenſo*

grabatulo, ſuper me coxim reſidens, ac crebra ſubſiliens, lubricique geſtibus mobilem ſpinam quatiens, pendulæ Veneris fructu me ſatiavit.

61. καλογιζόμην ἐγώ. Sic bene duo Regii. Vulgo ἐγών, quod minime Atticum eſt. Poſt hunc verſum usque ad 132. lacuna eſt in duobus Regiis. In A. verſus 132. ἴζησθα ſubjectus eſt verſui 61. ſine ullo defectus indicio. In B. vacuum relictum ſpatium duarum ſemipaginarum.

64. ταὐκάτιον ἀνήρετο. Aug. & veteres editiones ἤρετο: recentiores ἤρετο: depravata lectione: deeſt enim ſyllaba ad integritatem verſus. Biſeti emendationem recepi utpote facillimam: præterea adblandiebatur mihi jocus ex ambigua ſignificatione nominis ἀκάτιον *cymbam*, navigii genus, & *cymbium*, poculum notantis. Verbum ἀναίρεσθαι non minus quam ἀνάγεσθαι & ἀπαίρειν, nauticum eſſe poſſit. Quia ſupra v. 60. luſit in ambiguo Comicus, cui vix alius magis placuit jocus, hic eadem ratione temulentiam mulierum perſtringere miſi videbatur. Sed re attentius conſiderata jam nunc intelligo nihil iſtiusmodi hunc locum admittere. Nullus enim in ambiguitate nominis ἀκάτιον lepor eſt, niſi illud nomen utroque ſenſu accipi queat, unique ſententiæ tam apte conveniat atque alteri, uti obſervare eſt in illis ſupra, ἐπὶ τῶν κελήτων διαβεβήκασ' ὄρθριαι. Sine *celocibus* Salaminiæ mulieres Athenas venire non poterant. Primaria illa ſignificatio eſt, unde bona oritur ſententia, in qua acquieſcit mens auditoris, tametſi ſtatim non percipiat latentem alterum ſenſum, nec equum illum ſuſpicetur, de quo Ovidius,

Thebais Hectoreo nupta reſedit equo.

At hic nec poëtæ nec ſpectatorum ulli venire quicquam in mentem de navigio potuit. Queritur Lyſiſtrata nullam ſibi præſto eſſe ex Acharnis mulierem, unde, tanquam e propiore loco, primas adventuras eſſe ſperabat. Erant autem Acharnæ χωρίον μέγιστον τῆς Ἀττικῆς, τῶν δήμων καλουμένων, mediterraneæ, ab urbe diſtantes LX. ſtadiis. (Thucyd. p. 111.) Cui Athenis Acharnas, vel Acharnis Athenas iter faciendum erat, ne, ſi vellet quidem, navigio uti

poterat, quum nulla alia nisi terrestris esset via. Quis itaque credat tam ineptum responsum Poëtam Calonicæ tribuisse? *At venient profecto: nam Theagenis uxor, tanquam horsum tendens cymbam in altum edidit.* Amplectenda est igitur primarii in arte critica viri Ric. Bentleii emendatio proposita ad Callimachi fragm. 227. & Kustero merito probata, tam ad hunc locum, quam ad Suidam in Εκάτειον:

ὡς δεῦρ' ἰοῦσα Θευκάτειον ἤρετο.

Typothetæ tribuendus error τευκάτειον, cujus suspicio in Bentleium non cadit. Hanc lectionem, quam in textu legi vellem, in versione secutus sum, repudiata priori interpretatione, quam supra exhibui.

68. Alludit ad notum proverbium de quo consulendi paræmiographi & Meursius de Pop. Att. in Ανάγυρος.

74. ὀλίγου γ' οὕνεκα. Male vulgo εἵνεκα, qua forma nusquam usi sunt Attici poëtæ. Vide infra ad v. 491. 501. Ran. 189. Pl. 329. ne plures locos indicem, ubi ad codicum fidem reposita fuit forma genuina Attica.

82. γυμνάδδομαί γα — Vulgo γε. Alterum ex usu dialecti reponi debuit, ut infra 105. 170. & alibi. καὶ ποτὶ πυγὰν ἅλλομαι. De hac Laconica saltatione sic Pollux IV. 102. καὶ ΒΙΒΑΣΙΣ δέ τι ἦν εἶδος Λακωνικῆς ὀρχήσεως, ἧς καὶ τὰ ἄθλα προυτίθετο, οὐ τοῖς παισὶ μόνον, ἀλλὰ καὶ ταῖς κόραις. ἔδει δὲ ἅλλεσθαι καὶ ψαύειν τοῖς ποσὶ ΠΡΟΣ ΤΑΣ ΠΥΓΑΣ, καὶ ἀνηριθμεῖτο τὰ πηδήματα. ὅθεν ἐπὶ μιᾶς ἦν· καὶ ἐπίγραμμα· Χίλια πόκα βιβᾶντι· πλεῖσθα δ' ἅ τῶν πήτεια. Sic Laconica scribenda esse existimo. E Pollucis autem verbis manifesto apparet, quam recte, licet frustra, monuerit Florens πυγὰν, non, ut vulgo, πυγᾶν, scribi oportere.

88. καὶ νὴ Δία. Hæc vulgo Lacænæ tribuuntur. Dicterium Atticæ mulieri magis convenire mihi videtur; ideo τὰν in τὴν mutavi. Si quis ne quidem in personarum distinctione ab editionibus discedere vellet, majori mutatione sic oporteret Lampitonem loqui:

καὶ, ναὶ σιὼ,
πομψόταλα τᾶν γλαχώ γα παρατιλιμένα.

Notum eſt Laconas, aliosque Dorice loquentes, *pulegium*, quod Atticis βλήχων appellatur, γλάχωνα nominare. Vide Acharn. 863. 869. 874. Ceterum in Aug. perſonarum nomina adſcripta non ſunt: interlocutorum mutatio transverſa tantum lineola indicata.

90. χαῖα μὲν, ναὶ σιώ. Male vulgo ναὶ τὼ σιώ. Vox χαῖα triſyllaba eſt, & pedem creticum facit, ut verſu etiam ſeq. Apud Theocritum Idyll. VII. διευλαβῶς effertur. Quæ vero mox ſubjicit Lyſiſtrata e Bergleri verſione haud facile intelligas: *Bonam profecto apparet eſſe hinc ex iſtis indiciis.* Senſus eſt: δῆλη ἐστὶν οὖσα χαῖα κατά γε τὰ αὐτὰ ταῖς ἐντευθενί, vel οἷά ἐστι τὰ ἐντευθενί. Hanc ad ſententiam verſionem reformavi.

93. ξυναλίαζε. Duplex eſt in hoc verbo menda. Scribe συναλίαξε. Atticum ξὺν pro σὺν Dorica dialectus non admittit: tum ratio temporum *aoriſtum* flagitat, non *imperfectum*. Perſpicue in Aug. quem etiamnum ad manum habeo, ſcriptum ξυναλίαξε, quod, ob eam quam dixi cauſam, ſcilicet minutiſſimis calami ductibus exaratum eſſe illum codicem, me fugerat, quum eum primum, nubilo forte die, aut veſperi ad lumen, excuſſi.

94. ἤδ' ἐγώ. Perperam vulgo ἄδ' — μύσιδδέ τοι. Male vulgo μυσιδδέτω. μύσιδδε, vel ſi mavis μούσιδδε, Laconicum eſt pro μύθιζε. Heſychius: μουσίδδει, λαλεῖ, ὁμιλεῖ. Præter illa, quæ ad hanc gloſſam notavit interpres, vide Valckenarium noſtrum ad Theocriti ſelecta Idyllia p. 279. Quod autem vir ille doctiſſimus Toupio obſecutus cenſet τὺ ſcribendum pro τοι, in eo conſentientem me ſibi non habet. τοι hic conſequentiam infert, & valet *ideo*, *ergo*, cujuſmodi aliquid nexus ſermonis & ſententia omnino flagitant. Vide verſionem.

100. εὖ γὰρ οἶδ'. In Aug. ante hæc verba transverſa lineola minio primum adpicta fuit, indicium mutatæ perſonæ, quam, deprehenſo errore, lituris poſtea librarius induxit. Verſu autem ſeq. ſcriptum πάσασιν ὑμῖν. Recte omnia. Sic locus hic conſtitui debet,

deleta Myrrhinæ perſona:

τοὺς πατέρας οὐ ποθεῖτε τοὺς τῶν παιδίων,
ἐπὶ στρατιᾶς ἀπόντας; εὖ γὰρ οἶδ', ὅτι
πάσαισιν ὑμῖν ἐστὶν ἀποδημῶν ἀνήρ.

Tum verſus 102. 103. Calonicæ tribuendi, v. 104. Lyſiſtratæ. Non aliter iſta perſonis dividi poſſe inde manifeſtum eſt, quod ipſius dramatis ſeries & œconomia non ſinant verſum 104. Myrrhinæ tribui, quæ maritum ſuum Cineſiam domi reliqueret, in ſcenam mox proditurum, eaque dicturum quæ oſtendant eum peregre non abfuiſſe.

105. τἀγᾶς, priori correpta, quod notandum. Inde ταγοῦχος eadem proſodia. Æſchylus Eumen. 296.

θρασὺς ταγοῦχος ὡς ἀνὴρ ἐπισκοπεῖ.

ſed ταγὸς priorem producit. Qua de re vide ad Eq. 159.

113. εἴ με χρείη. In Juntina, unde in reliquas migravit, εἴ με χρή, ἢ — Nec aliter in Aug. ſcriptum, niſi quod inter duas voculas diſtinctio abeſt. Librariorum hoc σφάλμα frequentiſſimum eſſe, & ubique corrigendum χρείη norunt jam tirones. Videndus Daweſius ad hunc locum in Miſcell. Crit. Quod autem apud Suidam in editione principe legitur χρείη, δέη, ex errore itidem librarii eſt, qui ſcribere debuit δέοι. Grammaticus paulo infra in χρή: χρείη δὲ, τὸ δέοι. Πλάτων Εὐθύφρονι· πευσόμενοι τοῦ ἐξηγητοῦ τί χρείη ποιεῖν.

115. ὥσπερεί. Aug. ὥσπερ ἤ — Juntina ὥσπερ ἤ. Recte in duabus editionibus Venetis minoribus repoſitum ὥσπερεὶ e Suida in ψῆφοι, qui v. ſeq. habet δοῦναι ἐμαυτῆς, omiſſo ἄν, quod & abeſſe mallem. — παρταμοῦσα. Neſcio an melius ſcriberetur παρατεμοῦσα, ut infra 132.

ἔφησθα σαυτὴς κἂν παρατεμεῖν θἠμίσου.

Sane ubi ſyncope verſum non juvat, credibile eſt ab ea abſtinuiſſe poëtas Atticos. Vide ad Nub. 754. & quæ notavi ad Euripidis Phœn. 1420.

122. Hic & ſeq. v. quæ vulgo Calonicæ partes tribuuntur, eas in Myrrhinam tranſtuli, quæ prima patefactum Lyſiſtratæ conſilium

rejicit v. 129. Facetum eſt eam omnium cupidiſſimam fuiſſe rei cognoſcendæ. Eo etiam ducit perſonarum diſtinctio in Reg. codd. quæ infra obſervabitur.

124. ἡμίν ἐσθι. Sic partim ob metrum, partim ob euphoniam ſcribendum. Male vulgo ἡμῖν ἐστιν.

128. Aug. & Juntina bis in hoc verſu, & ſupra 122. ποήσετ'. Aug. v. ſeq. ποήσαιμ', ex inepta librariorum circa metrum ſollicitudine, qui ne ſibimet ipſi quidem in ea ſcriptura conſtant; nec magis cum codicibus concordant impreſſi libri. ποιῖν forma eſt Atticis incognita, quibus diphthongus οι multis in vocibus corripitur, ut οἶκι infra 247. ποιητὴς, 368. ποῖον Eq. 32. οἷοι, 736. τοιοῦτος, paſſim, ut αι in δείλαιος, Pl. 850. Scholion Mſ. ad Plutum 14. τοῦ δὲ ποιεῖν ἡ παραλήγουσα βραχεῖα, καὶ οὐ χρὴ ποῖν γράφειν. Recte monenti veteri magiſtro nos ubique morem geſſimus, & inauditum Atticis illud ποεῖν, in editionibus tam frequenter obvium, e textu noſtro prorſus ejecimus: quod ſemel monuiſſe ſatis eſto.

129. ὁ πόλεμος ἐρπέτω. *Bella pergant protinus*, ut recte vertit Florens. Suidas ἐρπέτω legiſſe videtur, & ſi ad hunc locum reſpexit, peſſime eum interpretatus eſt.

130. οὐδ' ἴγωγ' ἄρ' — Male vulgo ἐγὼ γάρ.

133. ἄλλ', ἄλλ' — id eſt ἄλλο, ἄλλο — vividius quam ut vulgo ἀλλὰ ἄλλο. κἄν μι χρῇ. Male vulgo χρή. Imperſonalis hujus verbi indicativus eſt χρή, optativus χρείη, ſubjunctivus χρῇ. Suidas ſupra laudatus ad v. 113. χρὴ ὀξυτόνως, ἤγουν δεῖ. χρῇ δὲ περισπωμένως, τὸ ὑποτακτικὸν, σημαίνει δὲ τὸ δέῃ.

136. τί δαὶ σύ; Sic tres codd. quod, iis etiam nolentibus, reponi debuiſſet. Nam vulgatum δὲ in metrum peccat. κἀγὼ βούλομαι. Non ita credo ſcripſiſſe Comicum. Rariori verbo Laconico ſubſtituerunt librarii gloſſam. Legebatur olim procul dubio: κἀγὼ δήλομαι διὰ τῶ πυρός. Verbum δήλεσθαι illuſtrat Valckenarius in Theocriteis p. 258. ad Braſidæ epiſtolam patria brevitate ſcriptam ad Ephoros: ἔσσ' ἂν δηλῶμαι πραξῶ ποτὶ τὸν πόλεμον, ἢ τεθναξούμαι.

137. ὦ παῖ κατάπυγον. Vulgo diviſim πᾶν κατάπυγον. Eadem

est compositionis ratio quam in παῖκατάρατος v. 588. παμβδελυρὸς & παμμιαρὸς 969. παῖγλυκερὸς, 970. παμμίαρος, Ran. 466. παμπόνηρος, 106. infinitisque hujus generis aliis. Idem etiam Reiskio placuisse video.

141. Vulgo profligato metro legitur:

μόνη μετ' ἐμοῦ, τὸ πρᾶγμ' ἂν σωσαίμεσθ' ἔτι.

Aug. τὸ πρᾶγμα σωσαίμεσθ' ἔτι. Regii, τὸ πρᾶγμ' ἀνασωσαίμεσθ' ἔτι. Genuinam ex indole linguæ restituimus lectionem, τὸ πρᾶγμ' ἀνασωσαίμεσθ' ἔτ' ἄν.

143. γυναῖκας ἔσθ' ὑπνῶν. Sic recte Dawesius. Perperam vulgo transpositis vocibus, γυναῖκας ὑπνῶν ἐστ' — Vide ad Plutum 166. In indice Thesauri H. Stephani legitur: ψωλὴ *affertur pro mentula, sed* ἁμαρτύρως. En tibi testem idoneum. Vide infra 979. & Av. 560.

144. Vulgo absque ullo sensu sic legitur hic versus:

ὅμως γέ μ' ἂν δεῖ. τὰς γὰρ εἰράνας μάλ' αὖ.

Nil discrepant codd. nisi quod omnes μὰν habent, quæ quidem facilis erat emendatio, nec cuiquam in eo aqua hæsit. Reliqua tentavit, sed infeliciter, Dawesius: non melius conjectura cessit Gisb. Kœnio, quem vide ad Corinthum p. 110. Elegantissimum est & procul dubio verum, quod excogitavit Jo. Toupius ad Suid. II. 164. quod nisi recepissemus, Comico nostro fecissemus injuriam. Id tantum me fugit γα e dialecti usu pro γε reponi debere. εὖ autem me invito aut imprudente excusum fuit pro αὖ, quæ est codd. lectio & editionum omnium. Integer versus sic scribendus:

ὅμως γα μὰν δεῖ· δεῖ γὰρ εἰράνας μάλ' αὖ.

146. Hic & infra sæpius, ubi Myrrhinæ partes tribuimus, quæ vulgo sunt Calonicæ, auctoritatem sequimur binorum Reg. codd.

149. εἰ γὰρ καθοίμεθ' — Vulgo καθήμεθ' contra syntaxin, siquidem sequentia verba, ab eadem particula εἰ pendentia, sunt in optativo. Legitur quidem in puerilibus linguæ institutionibus verbum κάθημαι optativo & subjunctivo carere. Sed ab his magistellis dissentit Comicus noster. Vid. Ran. 919. & 1046. Quando in protasi

verbum in imperfecto ponitur vel aoriſto indicativo cum particula εἰ, alterum verbum in apodoſi ponitur etiam in indicativo cum particula ἄν, & vice verſa. Conc. 407.

ἔγωγ' ἂν εἶπον, εἰ παρὼν ἐτύγχανον.

Ran. 1195. Philemon in Floril. Grotii p. 127.

εἰ μὴ τοτ' ἐπόνουν, νῦν ἂν οὐκ εὐφραινόμην.

Confer quæ notavi ad Euripidis Hippol. 705. Sic etiam ſolutæ orationis ſcriptores: Andocides contra Alcibiadem in fine: καίτοι εἰ τῶν πρωτευόντων ἕκαστος τὰ αὐτὰ ἐποίησεν, ὀλίγους ἂν πολεμίους εἴχετε, καὶ πολλοὺς συμμάχους ἐκεκλήσθε. Itaque καθήμεθ' in imperfecto hic legi non poteſt, niſi ſolœce.

150. κἄν, id eſt καὶ ἐν. Male editio Burmanni κἂν, quod valet καὶ ἄν. τοῖς ἀμοργίνοις, e lino vel byſſo, qui optimus in inſula Amorgo, e Sporadibus una, proveniebat. Inde ἀμοργὸς pro quolibet byſſo vel lino.

152. σίνοιντ' ἂν ἄνδρες. Dubium non eſt, quin hîc ſcripſiſſet Davuſius ἀνδρες, pro οἱ ἄνδρες, quod nos ᾠνδρες ſcribimus. Sed quanam vi articulum intruſiſſet in præcedentem verſum, ubi nomini δέλτα non minus neceſſario adjungi deberet, ſi Comicis non licuiſſet ſubſtantivum ſine articulo efferre? σίνειν & σίνεσθαι verba ſunt Comico noſtro valde frequentata: Latinis *arrigere;* ut in iſto Martialis diſticho:

Mentula tam magna eſt, tantus tibi, Papile, naſus,
ut poſſis, quoties arrigis, olfacere.

In nominibus quibusdam propriis, quorum ſignificatio cum hoc verbo nihil habet commune, jocum quæſiverunt faceti nebulones, Ασινάναξα vel Ασινάγην appellantes eum cui ſtare mentula deſiit. Strato Epigr. X.

ἀλλ' ἐμὲ μήκιστ' ἔχοιτε φίλοι φίλον, ἀλλ' ἀπὸ πύργου
βάλλετ', ἐπεὶ λίην Ασινάναξ γέγονα.

Fronto in Epigr. quod infra explicabo:

καί σε ποιήσουσιν αἱ τρίχες Ασινάγην.

155. ὃ γῶν. Sic Aug. Vulgo diviſim ὅ γ' ὢν. — τὼ μᾶλά πα.

Sic duo Regii. In Aug. ut in Juntina & aliis veteribus πν. Doricum eſt πα, quod e Theocrito ſatis notum.

156. παρεσιδῶν. Sic Aug. & B. cum veteribus editionibus: recentiorum παρενιδῶν eſt in A. Reſpicit ad Euripidis Andromacham, ubi Peleus v. 628. ſic Menelao exprobrat:

οὐκ ἔκλαυες γυναῖκα χειρίαν λαβὼν·
ἀλλ' ὡς ἐτείδες μασθὸν, ἐκβαλὼν ξίφος,
φίλημ' ἐδέξω, προδότιν αἰκάλλων κύνα,
ἥσσων πεφυκὼς Κύπριδος, ὦ κάκιστε σύ.

157. τί δ' ἦν ἀφίωσ' ἄνδρες ἡμᾶς, ὦ μέλε; Sic libri omnes ſcripti & ante Kuſterum impreſſi. At ille: *Ut verſus hic ſit ἀρτίμετρος, pro ἀφίωσ' legendum eſt ἀφίωσιν.* Quod non monuiſſe contentus, prava emendatione bonum verſum corrupit. Ignorabat, ut qui proſodiæ non tam peritus eſſet, quam poëtæ editorem oportebat, verbum ἵημι cum ſuis compoſitis omnibus primam producere. Vide Nub. 397. 1214. 1426. 1494. Eq. 430. 436. 522. 756. Centena e Comico noſtro proferri poſſent exempla, ne Tragicos memorem. Cratinus apud Stobæum p. 425. Floril. Grotii:

αὐτόματα τοῖσι θεὸς ἀνίει τἀγαθά.

Sic legendus iſte ſenarius: male vulgo ἀνοίγει.

158. κύνα δέρειν δεδαρμένην. Quod eo ſenſu dixerat Pherecrates, quo poſtea ἐπὶ τῶν μάτην πονούντων in proverbium abiit, id aliorſum trahit faceta mulier. Penem coriaceum intelligit, cujus mentio ſupra v. 109. quique inter inſtrumenta muliebris mundi recenſetur in Theſmophor. II.

160. ἐὰν δὲ λαβόντες ἐς τὸ δωμάτιον βίᾳ. Sic concinne duo Regii. Vulgo ἐὰν λαβόντες δ' ἐς —

162. τύλωσι. Sic duo Regii. Vulgo τύλωσιν. παρέχειν verbum eſt palæſtræ Veneriæ. Vide Stratonis Epigr. XLII. Sic Latinis *præbere*. Ovidius de A. A. II. 685.

Odi quæ præbet, quia ſit præbere neceſſe,
ſiccaque de lana cogitat ipſa ſua.

166.

166. ξυμφέρῃ. Sic duo Regii. Ovidius ibidem:

Quod juvet, ex æquo femina virque ferant:
odi concubitus, qui non utrumque reſolvunt.

167. In tribus codicibus hic verſus eidem perſonæ tributus ac ſequentes: præfixum eſt ei in duobus Regiis nomen Λαμπ. Hanc diſtinctionem primo admiſeram, ſcribendo χ' ἁμῖν συνδοκεῖ. Sed vulgatum poſtea prætuli, quia neceſſe videtur, ut una etiam ex Atticis mulieribus Lyſiſtratæ conſilium approbet.

169. πάντᾶ δικαίως. Vulgo πάντας relatum ad ἄνδρας, ſatis inficete. Aug. & B. πάντα. A. πάντως e gloſſemate. E dialecti uſu ſcribendum παντᾶ, quod apud Theocritum ſæpius occurrit.

170. ἰυγχάιτον. Regii ἰυγχάιτον. Aug. ut vulgo ἰυ.χάιτον. Scripturam Heſychio probatam recepi. ἰυάιτον, θόρυβον, ἢ τὸν μέσον ὀχετόν: quam ad gloſſam vide interpretes.

171. πᾶ καί τις ἂν πείσειεν αὖ μὴ πλαδδιᾶν; Sic duo Regii: niſi quod in altero πλαδδιᾶν ſubſcripto ι, quod in Doricis melius omittitur. Suidas in ἰυγχάιτον habet πλαδδιεῖν, unde genuinam lectionem, Dorica reſtituta forma, indicavit & illuſtravit Gisb. Kœn, cujus erudita nota ad Corinthum p. 104. omnino legenda. Vulgo corruptiſſime μὴ πλαδδικῶ. πλαδδιᾶν ſignificat *nugari, delicias facere.* Infra 990. in imperativo μηδ' αὖ πλαδδίᾳ.

173. οὐχ ὡς σωδᾶς γ' ἔχωντι ταὶ τριήρεες. (καὶ me imprudente & invito irrepſit oſcitantia typothetæ, cui error eo minus condonandus eſt, quod plagula hæc iterum excuſa fuit.) ὡς Doricum eſt pro ἕως, ὅπως, μέχρις οὗ. Vide Heſychium. Sic ſine accentu ſcriptum eſt in Aug. & in B. in hoc σωδᾶς γ' ἔχοντι: in Aug. οὐχ' ὡς σωυδᾶς ἔχονσι. A. οὐχ ὧς σωδᾶς ἔχοντι. Viris doctiſſimis Kœnio & Valckenario placuit etiam ſubjunctivus ἔχωντι, ideo reponendus, quia ſequitur ᾖ in altero verſu, ab eadem particula ὡς pendens. In ceteris interpretationem ſecutus ſum Jo. Toupii Cur. Nov. in Suidam p. 2. ubi e Sophoclis Œdipo Tyr. 709. oſtendit verbum ἔχειν bene cum genitivo σωδᾶς, Dorico pro σωυδῆς, conſtrui.

καὶ μάθ' οὕνεκ' ἐσθλί σοι

βρότειον οὐδὲν μαντικῆς ἔχον τέχνης.

Huic exemplo duo alia addo ex eodem dramate. v. 345.

καὶ μὴν παρήσω γ' οὐδέν, ὡς ὀργῆς ἔχω.

& v. 1477. juxta vulgatam lectionem, bonam illam quidem, sed veteribus libris non comprobatam, ut olim declarabo:

γνοὺς τὴν παροῦσαν τέρψιν, ἧς εἶχες πάλαι.

Hæc ad confirmandam noſtram lectionem ſufficiunt. Verumtamen debita laude non fraudanda eſt elegans Valckenarii conjectura in Euripidea diatribe p. 235. propoſita, Comici noſtri ingenio quam maxime digna, quam ſi quis recipi debuiſſe contendat, ei non valde refragabor:

οὐχ ἃς πόδας γ' ἔχωντι ταὶ τριήρεες.

176. καταληψόμεθα. Hanc formam metrum omnino flagitat, vulgatamque reſpuit καταλήψομεθα.

178. συντιθώμεθα. Sic tres codd. editionesque recentiores. Errore, ut puto, typothetæ, in Juntina excuſum σκυτιθώμεθα, quod retinuerunt Cratander & Frobenius. Sed Veneti huic corruptelæ mederi cupientes inepte repoſuerunt σκυτιζώμεθα. Notatu vix dignum hoc ideo obſervo, ut intelligant præclari illi doctores, qui nihil in veteris ſcriptoris textu mutari ſuſtinent, quanti pretii ſint, & quali plerumque nitantur auctoritate vulgatæ lectiones abſurdiſſimæ, quas ipſi abſurdioribus argumentis defendunt. Vide notam infra 702.

179. δοκούσαις. Sic tres codd. Juntina, prior Baſileenſis, duæ Venetæ, Pariſina Wecheli. Parum accurate Kuſterus ait in prioribus editionibus legi δοκούσας. Id quidem reperio in Frobeniana: ceteræ nullius ſunt momenti. Sed verum eſt quod addit, parum vel nihil intereſſe utro modo legatur. Vide quæ notavimus ad Euripidis Medeam 56. Attamen, licet ad ſenſum nihil interſit, ea procul dubio præferenda eſt lectio, quam tuentur libri ſcripti omnes & impreſſi antiquiſſimi.

180. παντᾶ κ' ἔχοι, καὶ τᾷδε — id eſt πάντως ἂν ἔχοι — Male vulgo contra metri præſcriptum τάδε. Unus e Regiis πάντα γ' ἔχοι — pejus alter πάντ' ἔχοι. Jam ſupra obſervavi Doricum hoc adverbium

centu circumflexo notandum esse, quo tollitur lectoris hæsitatio. erspicue in A. τᾶδε.

182. ἀρρήκλως. Aug. ἀρρήτως. Haud infrequens in harum vocum rmutatione librariorum lapsus, nobis obsservatus ad Apollonium I. 7. In sup. v. solius euphoniæ causa prætulerim lectionem codicis ὡς τάχιθ', ὦ Λαμπιτοῖ.

183. ὡς ὁμιώμεθα. Dorica forma in tribus codicibus servata: ulgo ὁμοίμεθα.

184. Servi publici Athenis, magistratuum apparitores, τοξόται, orum frequens in his fabulis mentio, peregrini erant & barbari, erique e Scythia, ideo peculiari nomine Σκύθαι etiam vocati, ut ra videbitur. Facere nunc Lysistrata famulam compellat, tanquam blicam muliebris concilii ministram, Σκύθαιναν. Non enim hoc m Kustero pro nomine proprio accipere. Sic in Conc. habemus ύκαιναν.

188. ὥσπερ, φασὶν, Αἰσχύλος ποτέ. Id est, ὥσπερ ποτὲ ἐποίησεν γχύλος, ὥς φασιν. Hanc lectionem, distinctione tantum juvandam, duobus codicibus reperit, &, si quid recte judico, corrupit Kuste-. Eam exhibet etiam B. Veterem editionum lectionem ὥσπερ φάσ' Αἰσχύλῳ ποτὲ habet Aug. Est quidem in A. quod ille volebat ήν: sed e librarii emendatione putantis hoc verbum a sequenti no-ne Αἰσχύλος pendere. Multo melius in ore mulieris, Æschylum itanter & ex aliorum sermone citantis, φασιν, per parenthesin rtum. Respicit autem ad Septem ad Thebas 42.

ἄνδρες γὰρ ἑπτὰ, θούριοι λοχαγέται,
ταυροσφαγοῦντες ἐς μελάνδετον σάκος,
καὶ θιγγάνοντες χερσὶ ταυρείου φόνου
ὠρκωμότησαν —

189. μηλοσφαγούσας. Sic duo Regii. In Aug. & in Juntina μη-βαγούσαις.

192. τόμιον ἐντεμείμεθα. Sic bene Regii. ἔντομα, sicut & τόμια τομία. (priori modo in codd. positus accentus) sunt τὰ ἱερὰ ἃ ζοντες ὀμνύουσιν: unde ἔντομοι, ἔνορκοι. Vide Hesychium in his

vocibus. Perperam vulgo ἐξιλεμοίμεθα. ἐντεμιεσθαι verbum eſt ad ſacra pertinens, & hic valet *ſacrificare*. Diverſa ſignificatio alterius compoſiti, quæ hujus loci non eſt. λευκὸν ἴππον opponit Æſchyli *tauro*. Sed nolit faceta mulier hoc de quadrupede intelligi: mentulam innuit, quam mox abjuratura eſt. Vide Scholiaſtem.

194. ἢν βούλῃ. Sic bene Regii. Solœce vulgo ἢν βούλει. Terminatio illa Attica 2. perſ. formæ paſſivæ locum habet tantum in indicativo.

195. θεῖσαι μέλαιναν κύλικα μεγάλην ὑσπλίαν. Parodia eſt Æſchylei verſus. μέλαιναν μεγάλην κύλικα pro μελάνδετον σάκος: & ὑσπλίαν, quia ſic clypei humi ponebantur: ſupra 185. θὲς ἐς τὸ πρόσθεν ὑσπλίαν τὴν ἀσπίδα: & Acharn. 583. παράθες νῦν ὑσπλίαν αὐτὴν ἐμοί.

197. ὀμόσωμεν. Sic recte emendavit Daweſius Miſcellan. Crit. p. 337. mendoſe vulgo ὀμόσομεν. Quod repoſuimus, perſpicue ſcriptum reperimus in Aug.

200. Vulgo ſic legitur hic verſus: ὦ φίλταται γυναῖκες, κεραμέων ὅσος, ſine ullo ſenſu & jugulato metro. Nihil diſcrepat Aug. niſi in accentu κεραμεῶν. Iterum hic nos deſtituunt duo Regii, in quibus poſt v. 199. lacuna eſt uſque ad 268. Continuati hi verſus in A. vacuum in altero relictum ſpatium quatuor paginarum & dimidiæ. Sed deficientium codicum, quos vix credo melius quid adlaturos fuiſſe, ſi integri eſſent, vicem explet Jo. Toupii ſagacitas, cujus integra legatur nota Emend. in Suidam T. II. pag. 21. Ducta emendatio e Cod. Voſſiano, unde eam eruere non erat τοῦ τυχέντος, quod Kuſterus expertus eſt.

202. προσλαβοῦ μοι τοῦ κάπρου. Male vulgo προσλαβοῦ μου. Elegantur hic μοι abundat, quod centies in his fabulis, utpote in familiari ſermone, obſervabitur, & ſæpe commutatum a librariis vel editoribus pronominis caſum reſtituimus. Vide infra 1074. Ran. 1119. 1200. Sic *mihi, tibi* frequenter Comici Latini. Ter. Phorm. V. 9. 21.

Qui mi, ubi ad uxores ventum 'ſt, tum fiunt ſenes.

ad quem locum Donatus verſum citat ex Heautont. II. 1. 8.

Perii! is mi ubi adbibit plus paulo, ſua quæ narrat facinora!

Pleni ſunt exemplorum. Per κάπρον *verrem*, quod animal in ſacris maxime mactabatur, quibus fœdera ſancienda, ut diſcere eſt ab exemplis in Stephani Theſauro prolatis v. τομίον: urceum illum innuit vini Thaſii, qui pro victima in ſcenam illatus. Juraturi autem proſecta tangebant, ut apud Æſchylum:

καὶ θιγγάνοντες χερὶ ταυρείου φόνου.

Ideo mulieres jubet Lyſiſtrata manum urceo admovere. Ineptit Scholiaſtes per κάπρον muliebre pudendum intelligi exiſtimans. Satis facetus eſt jocus ex alluſione perpetua ad ſacrorum ritum, ut nihil quæratur obſceni.

205. κἀπωπυτλίζει. Sic etiam in Aug. ſcriptum, ſed minus bene. Scribi debet per unicum τ, ut apud Etymologicum eſt. Vide Salmaſium ad H. A. p. 150. A Græco πυτίζειν derivatum Latinum *pytiſma*, prima etiam longa. Juven. XI. 173.

Qui Lacedæmonium pytiſmate lubricat orbem.

209. λάζυσθε. Sic bene Aug. Vulgo λάζοισθε.

221. ὅπως ἂν ὠνήρ. Vulgo ἀνήρ. Articulus hic omnino requiritur, ut ſignificetur *vir meus*: alias ἀνὴρ ſine articulo eſſet *vir quilibet*.

227. κακῶς παρέξω. Ovidius Am. I. 4.

Verum invita dato, potes hoc, ſimilisque coactæ;
blanditiæ taceant, ſitque maligna Venus.

Mulierum mobilitas concinniorem, ut ait Lucretius, Venerem facit viris. Hinc apud Plaurum Aſin. IV. 1. quum in ſyngrapho de meretrice in annum conducenda, caveret paraſitus ne illi liceret noctu quicquam membri ſui commovere, adoleſcens excipit his verbis:

optumum eſt;
ita ſcilicet facturam: verum in cubiculo
deme iſtuc: equidem illam moveri geſtio.

229. ἀνατενῶ τὰ Περσικά. In Conc. 265. εἰθισμένας γὰρ ἐσμὲν αἴρειν τὰ σκέλη. Mendoſum eſt, ut reor, τὰ Περσικά. Aliis in locis ubi nomen hoc occurrit, forma feminina legitur: Theſm. 734. Conc. 319. Nub. 151. Pollux VII. 92. ἴδια δὲ γυναικῶν ὑποδήματα, Περσαῖαι. Sic in Mſſ. ſcriptum. Repone itaque τὰς Περσικάς.

231. οὐ σλήσομαι λέαιν' ἐπὶ τυροκνήστιδος. Id eſt, οὐ τετρακοσιοδεῖ σλήσομαι, ut eſt in Pace 996. Eſt autem σχῆμα συνουσίας, quod nebulones noſtri nomine e canino genere ſumto indigetant. Adluditur ad morem ſumma cultellorum manubria leænæ figura ornandi ſubmiſſis genibus ſubſidentis. De meretrice Λέαινα dicta ne cogitandum quidem.

235. ὕδατος ἐμπλῇθ' ἡ κύλιξ. Certiſſimam Daweſii emendationem recepi. Vulgo corrupte legitur ἐμπλησθῇ κύλιξ. Græcum verbum eſt ἔμπλημι. Paſſivum ἔμπλημαι, ἐμπλήμενος: optativus ἐμπλήμην, ἐμπλῆο, ἐμπλῆτο. Acharn. 236.

ὡς ἐγὼ βάλλων ἐκεῖνον οὐκ ἂν ἐμπλήμην λίθοις.

ubi vulgo legitur ἐμπλείμην. Sic βλῆμι, βλῆμαι, βλήμενος, βλήμην, βλῆο, βλῆτο. Homerus Iliad. ν'. 288.

εἴπερ γάρ κε βλῆο ποτιθύμενος ἠὲ τυπείης.

ibi etiam vulgatum βλεῖο. Sed alterum invitis Grammaticis e ſcripto libro reponendum.

240. τίς ἆδ' ὀλολυγά; Male vulgo τίς ἀ ὀλ —

244. κατάλιφ' ἡμῖν. Male vulgo κατάλειφ' —

245. ταῖς ἄλλαισι ταῖσιν ἐν πόλει. *Cum ceteris quæ ſunt in arce.* Ad intelligentiam hujus fabulæ ſciendum eſt, antiquitus πόλιν appellatam fuiſſe Athenarum arcem, qua de re videndus Meurſius in Cecropia cap. 3. & Hemſterhuſius ad Plutum p. 260. Sæpiſſime in hac fabula πόλις eo ſenſu accipi debet, ut v. 266. 302. 317. 487. 754. 758. 912. 1183. & aliis.

253. κεκλήμεθ' ἄν. Male vulgo κεκλήμεθ', tanquam ſi eſſet præteriti indicativi; eſt autem optativi. Sic a κέκλημαι κεκλήμην. Sophocles Phil. 119.

σοφός τ' ἂν αὐτὸς κἀγαθὸς κεκλῇ' ἅμα.

a μέμνημαι μεμνήμην. Pl. 991.

ἵνα τοὐμὸν ἱμάτιον φορῶν μεμνῆτό μου.

255. ἐλάας. Attice: vulgo ἐλαίας. Sed laborat metrum gravi vulnere, quod neſcio qua mala fortuna me fugit, quum textum

describerem. Facilis est medela: abige spondeum e sexta sede, & transpositis vocibus scribe:

κορμοῦ τοσουτονὶ βάρος χλωρᾶς φέρων ἐλάας.

256. ἡ πόλ' ἄελπτά γ' ἐστὶν ἐν. Dimeter est jambicus. Vulgo soluto metro, ἡ πόλ' ἄελπτ' ἐστὶν ἐν.

273. ἐπεὶ οὐ pes est jambus, duabus ultimis syllabis in unam coalescentibus, ut fieri solet in η ου, ω ει, ω ου. Sophocles Œdip. Col. 1436.

θανόντ', ἐπεὶ οὔ μοι ζῶντί γ' αὖθις ἔξετον.

Infra 284. ἐγὼ οὐκ est etiam disyllabum & pes jambus. Sic rursus 876. 1171. Ran. 33. Eq. 340. Vesp. 416. Exemplorum pleni sunt tragici.

277. ᾤχετο θὤπλα παραδοὺς ἐμοί. Vulgo legitur ᾤχεθ' ὅπλα, articulo male omisso: paulo emendatius Aug. ᾤχεθ' ὅπλα. Sed duo Regii dant ᾤχετο θὤπλα. Hoc per crasin factum est ex τὰ ὅπλα. Quum aspiratio transierit in literam θ, necesse non est ut spiritus asper adpingatur: scribo itaque θὤπλα, quod in aliis similibus observatum. Crasis autem vocalium ο α in ω Atticis est solemnis. Sic Nub. 1247. ὠπαιτῶν pro ὁ ἀπαιτῶν. Vesp. 304. ὤρχων pro ὁ ἄρχων. ἥνδρες pro οἱ ἄνδρες passim. Sed totus hic locus male sanus est metris corruptis. Versus omnes hujus virorum cantici a 254. usque ad 318. sunt jambici, paucis insertis trochaicis. Rescribe itaque:

θὤπλ' ᾤχετο παραδοὺς ἐμοὶ,
τρίβων' ἔχων πάνυ σμικρὸν,
πινῶν, ῥυπῶν, ἀπαράτιλ-
λος, ἓξ ἐτῶν ἄλουτος.

Tres codd. habent πεινῶν pro πινῶν, quæ voces facile permutantur, ut contigit etiam Pl. 297. ubi pro πινῶντα male vulgo legebatur πεινῶντα.

281. τὸν ἄνδρ' ὅμως ἐκεῖνον. Hanc vocum collocationem metrum requirit. Male vulgo τὸν ἄνδρ' ἐκεῖνον ὅμως.

285. Secunda in τετραπόλει contra analogiam hic producitur, quæ in τετράμετρον, τετραπήχεις, τετράποδα, τετραποδηδὸν apud

Noſtrum corripitur. Scribendum τετραπόλει, ut apud Euripidem Heracl. 81.

ὦδ' ; ἐκ τίνος γῆς, ὦ γέρον, τετράπολιν
ξύνοικον ἦλθες λαόν.

Ad quem locum videnda deſideratiſſimi Musgravii nota.

289. ἐξαμπρεύσομεν. Sic ſcribendum eſſe metrum evincit, quod & flagitat Atticiſmi uſus ὅπως cum futuro indicativi conſtruentis, neutiquam vero cum aor. 1. ſubjunct. Meminiſſe debuerat Kuſterus Suidæ ſui, apud quem in ἀμπρεύσεντες recte legitur ἐξαμπρεύσομεν, ad quem locum ipſe Comici verba emendate protulerat: in hoc autem mendoſum ἐξαμπρεύσωμεν reliquit.

291. Vulgo legitur τὸν ὦμον ἐξεπιώκατον: monſtrum verbi, quod nemo procuraverat. Id quidem agnoſcunt codd. & Suidas, qui e Scholiaſte exponit θλίβουσιν, ἢ ἔθλιψαν. Sic enim apud eum legendum pro ἐθλίψατε. Emendaveram primo literarum inſiſtens ductibus, ſicque ſcriptum eſt in priori meo apographo, ἐξεπιάκατον, quod poſtea repudiavi, tum quia Atticis forma πιάζω pro πιέζω inuſitata, tum quia præteritum carebat augmento. Quod autem repoſui, genuinum eſt ἐξεπιώκατον. Verbum ἰπόω luculenter illuſtravit Hemſterhuſius ad Plutum p. 279. ubi inter alia oſtendit ἰπνῶν ab ἰπνός Græcum non eſſe, & ἰπνεύειν dici; at ab ἴπος eſſe ἰπόω, quo verbo μtitur Noſter Eq. 924. ἰπούμενος ταῖς εἰσφοραῖς. Quæ quidem jamdudum mihi lecta & probata e memoria mihi exciderant, quando Æſchyli Prometheum edidi, ubi v. 365. invitis etiam librariis legendum:

ἰπούμενος μίζησιν Αἰτναίαις ὕπο.

Iſtud autem ἐξεπιώκατον tam aptum videbitur cuilibet Græce docto, ut emendationem hanc ne PUTEANUM quidem ipſum carpere poſſe arbitrer. Sed ecce alteri illi lectioni, quo me conjectura parum meditata duxerat, quamque deſpectui habui, ἐξεπιάκατον, aliud agens, [illegible] fortuna fidejuſſorem reperi. Euſtathius is eſt, qui multa antiqua [illegible]ona e Grammaticorum ſcriptis veteribusque lexicis collegit. Sic [illegible]m ille ad Ιλ. ι'. p. 759. l. 41. τὸ δὲ ἐκπιέσαι Ἀττικόν ἐστι καὶ αὐτὸ

καὶ Ιωνικὸν δέ, ἀποβληθέντος τοῦ συμφώνου τῆς αὐξήσεως. τοιοῦτον καὶ τὸ ἐβούλευκε, καὶ τὸ ΕΞΕΠΙΑΚΕ, καὶ τὸ τυρὸς ἐξεγλυμμένος, καὶ ἄλλα μυρία. Sed ſi verum eſt, quod ipſe ait p. 1573. l. 63. Doricum eſſe πιάζω pro πιέζω, probabile non eſt eum huc reſpexiſſe, nec in ſcripta quam habuit Lyſiſtrata, ἐξεπιάκαλον legiſſe: nam Ariſtophanes Dorice loquentes non inducit populares ſuos; nec ſic absque augmento præteritum adhibuiſſet, ſed dixiſſet ἐκπεπιάκαλον. Nihil huc faciunt exempla ab Euſtathio adducta ἐλῆσθαι, ἐξεγλυμμένος. Negligunt Attici augmentum in verbis a duplici conſonante incipientibus, ut βλακεύω, γλύφω, γλωτίζω, κλάομαι, πλήσσω, σπείρω: unde καβεβλακευμένως, ἐγλυμμένος, κατεγλωτισμένος, ἔκλαυσα, ἔπληξα, ἐσπαρμένος, & ſimilia. Vide Taylor ad Lycurgum edit. Lipſ. p. 166. & Orvillium ad Charit. p. 577. At in verbis a ſimplici conſonante incipientibus præteritum nunquam ſine augmento efferunt. Sunt ergo ἐβούλευκα, ἐγύμνασμαι, ἐξεπίακα nihil aliud, quam librariorum ſordes ex emendatis libris ejiciendæ. Hic ut infra 307. & 313. τὼ ξύλω inſtrumentum eſt bajulorum, quo ſuſpenſa onera ferunt, quod alibi appellatur τὸ ἀναφορεῖον.

293. Eſt hic verſus etiam tetrameter trochaicus, cui pes deficiebat cum ſyllaba catalectica. Voces τῆς ὁδοῦ repoſuimus e duobus Regiis.

296. δεινὸν & mox πρεσπεσὸν relata ad πῦρ: vulgo δεινὸς & πρεσπεσὼν relata ad κανοῦν, utique non pejus. Sed alterum prætuli, quia in eo conſentiunt tres codd. cum priſcis editionibus.

299. κἄσθ' Λήμνιον τὸ πῦρ. Perperam vulgo κἄσθιν peſſundato metro. Satis mirari nequeo tam parum ad iſta adtendiſſe Kuſterum.

301. Vulgo legitur οὐδὲ γάρ ποθ' ὧδ' ἐδάξ ἔδρυκε τὰς λήμας ἐμοῦ. Vertit Berglerus: *Nunquam enim ſic mordicus prehendiſſet glamas meas.* Sed, ô bone, non ita Græca ſonant: ſenſum quidem adſecutus es; ſed quid in phraſi deeſſet non vidiſti. ἔδρυκε valet *prehendit*, non *prehendiſſet*. Ad hunc ſenſum requiritur particula ἄν, quæ omnino hic eſſe debet. Præterea οὐδέποτε ſemper verbo *futuri* temporis, nunquam *præteriti*, adjungitur. In duobus Regiis ſcriptum:

οὐ γάρ ποθ' ὧδ' ὠδάξ. Inſere particulam, quam ſenſus flagitat, & genuinam habebis lectionem:

οὐ γὰρ ἄν ποθ' ὧδ' ὠδάξ ἔθρυπτε τὰς λήμας ἐμοῦ.

Potentialem illam particulam ſæpiſſime librarii omiſerunt: infinita occurrent in his notis exempla. Vide modo, ne plures excitem locos, ad Theſm. 593. Ran. 81. 488. Pl. 374.

304. εἰ πότ' αὐτῇ — cum interrogatione. εἰ hîc valet ἐστί. Vide quæ notavi ad Eurip. Andr. 205. & ad Med. 679. Abſurde vulgo εἴπου' αὐτῇ. Senſum fruſtra quæſivit Berglerus, qui nihil ſani e vulgata ſcriptura elicere potuit. Sequenti interjectioni φῦ, φῦ, additæ ſunt in Regiis duæ voces e gloſſa in textum illatæ, φυσᾷ πάλιν. Eſt παρεπιγραφή, ſeu Grammatici admonitio.

306. Regii ἕκητι. Vulgatum tuetur Aug. ἕκατι licet formæ Doricæ frequentant poëtæ Attici.

311. ἐμπιμπράναι ut infra 341. πιμπραμένας, & 348. ὑποπίμπρησιν. Vulgo ἐμπιπράναι ſecunda brevi contra metri legem. Ita Theſm. 749. ubi vulgo ἐμπίπρατε, ad cod. fidem edidi:

ἐμπρήσομεν τοίνυν σε. — πάνυ γ' ἐμπίμπρατε.

313. τίς ξυλλάβοιτ' ἂν τοῖν ξύλοιν, id eſt τοῦ ἀναφόρου, ut ſupra 291. & 307. Male vulgo τοῦ ξύλου. Noſtram lectionem habet Reg. A.

314. Lege ταυτὶ μὲν ἤδη τὴν ῥάχιν — Vocula τὴν typothetæ culpa excidit.

316. Vulgo legitur ὅπως πρῶτον ἐμοὶ προσοίσεις labante metro. In A. πρώτως ὅπως ἐμοὶ προσοίσεις. Eadem in B. vocum collocatio, ſed perperam ſcriptum πρῶτος. Inde proclive fuit emendare, ὅπως πρώτως ἐμοὶ προσοίσεις.

319. Hic verſus vulgo ſequenti poſtponitur ordine præpoſtero: quem exhibemus agnoſcunt duo Regii. Sunt autem hi verſus, & qui ſequuntur uſque ad 350. omnes choriambici mixti.

323. Copula τε initio hujus verſus, quam habent libri omnes [illegible] impreſſi, quamque male omiſi, omnino reponenda eſt, [illegible]nte. Quia particula illa ad ſenſum non erat neceſſaria, [illegible]verſus male poſita videbatur, eam, non ſatis conſiderata [illegible]ura, expunxi. Sed etſi τε rite verſum non inchoet, tamen,

ut recte obſervat ſummus Valckenarius ad Phœniſſas p. 259. *in choricis celeriter & continuo ductu decantatis data hæc poëtis licentia.*

τε και κριτυλ | λαν περιφυ | σητω

choriambicus eſt trimeter brachycatal. Hujus metri lex eſt, ut in ſecunda ſede ſit choriambus, ſi ultra dimetrum excreſcit; in alterutra vero, ſi ſit dimeter. Maſculinum περιφυσήτω ad feminina nomina pertinens nihil habet, quod tironem offendat: id enim Atticis in duali ſolemne eſt. Luculentum exemplum eſt in Sophoclis Electra 977. Id tamen forte librarium impulit ad mutandam lectionem. In A. poſt Κριτύλλαν, majori poſita diſtinctione, ſcriptum περιφυσῶντα.

331. σίγματίαις. Sic Aug. Schol. & veteres editiones. In recentioribus, ut in duobus Regiis, μασίγίαις.

335. ηκουσα γαρ | τυφογερον-
τας ανδρας ερ | ρειν σίελεχη.

Dimetri ſunt choriambici, quorum metrum perit niſi ita diſtinguantur, quam diviſionem exhibent duo Regii.

339. δειλόταΐ' — Caſu, meque imprudente vel oſcitante menda hæc irrepſit. Repone δεινόταΐ' —

346. ξύμμαχον. Sic uterque Regius.

349. Dixi ſupra ad v. 319. hos verſus omnes eſſe choriambicos, quod utique verum eſt ex poëtæ animo. Si ab hujus metri norma verſus aliquot recedunt, librariorum imperitiæ id tribuendum. Ad hunc modum erant diſtinguendi:

ἀλλὰ φοβοῦμαι τόδε. μῶν ὑσλερόπους βοηθῶ;
νῦν δὴ γὰρ ἐμπλησαμένη τὴν ὑδρίαν κνεφαία,
μόγις ἀπὸ κρήνης, ὑπ' ὄχλου καὶ θορύβου
καὶ πατάγου χυτρείου,
δούλησιν ὠσλιζομένη
σίγματίαις Φ', ἀρπαλέως
ἀραμένη, ταῖσιν ἐμαῖς
δμωΐσιν καμέγκεις φέρουσ' ὕδωρ βοηθῶ.
ἤκουσα γὰρ τυφογέρον-

Τας ἄνδρας ἔρρειν φιλέχη
φέροντας, ὥσπερ βαλανεύσοντας,
εἰς ἀκρόπολιν, ὡς τριτκλαυτον βάρος,
δεινόταλ' ἀπειλοῦντας ἐτῶν,
ὡς πυρὶ χρὴ τὰς μυσαρὰς γυναῖκας ἀνθρακεύειν·
ἃς, ὦ θεά, μήποτ' ἐγὼ πιμπρκμένας ἴδοιμι·
ἀλλὰ πολέμου καὶ μανιῶν ῥυσαμένας
Ἑλλάδα καὶ πολίτας·
ἐφ' οἷσπερ, ὦ χρυσολόφα
πολιοῦχε, σὰς ἔσχον ἕδρας.
καί σε καλῶ ξύμμαχον, ὦ
Τριτογένει, ἤν τις ἐκεί-
νας ὑποπίμπρησιν ἀνὴρ, φέρειν ὕδωρ μεθ' ἡμῶν.

Vides in unum coaluiſſe verſus 333. 4. item verſus 348. 9. Verſum 347. qui erat hypercatalectus, dimetrum eſſe acatalecticum, ut tres præcedentes, ultimoque nihil amplius ad integritatem deeſſe. Sunt autem ejusdem menſuræ horum verſuum octavus & ultimus ac decimus quartus, qui ſic dimetiendi ſunt:

δημοτισιν | καομενοις | φερουσ' ὑδωρ | βοηθω
ὡς πυρι χρη | τας μυσαρας | γυναικας αν | θρακευειν
νας ὑποπιμ | πρησιν ανηρ | φερειν ὑδωρ | μεθ' ἡμων.

In verbis nihil prorſus immutatum præterquam v. 338. ubi manifeſtum eſt ſcriptum olim fuiſſe εἰς ἀκρόπολιν. Nomina illa πόλις & ἀκρόπολις promiſcue eodem ſenſu uſurpata vides in tota hac fabula. Plane vigilans ſomniabat Kuſterus, quando de metro ſoradeo cogitavit, cujus hic nec vola nec veſtigium.

353. Θύρασιν, *foris*, adverbialiter. Quæ enim in arcem ingreſſæ erant mulieres (vide ſupra 246.) poſtquam chorus acceſſit ſonum cum igne, rurſus egreſſæ ſunt. Integrum choriambicum ſyſtema in arcis mœnibus recitatur: tum patefactis foribus prodeunt in [illegible]m v. 350. Perperam poſt Berglerum verti *foribus ſuccurrit*. [illegible]g. ſcriptum θύρασιν, frequenti librariorum errore. Vide ad [illegible]m. 69.

354. τί βδύλλειθ' ἡμᾶς. Hesych. βδύλλειν, δειδίναι, τρέμειν. ✻ βδῆν. Vide Suidam in βδύλλεσθε, qui ex hoc loco emendandus, quod nec Kusterus animadvertit, nec Hesychii interpres. βδύλλεσθ' in metri legem offendit. Eq. 224. ὅ τε πένης βδύλλει λεώς.

357. τύπτοντα χρῆν. Sic Regii. Vulgo τύπτοντ' ἐχρῆν.

362. Vulgo παταξάτω τις· καὶ σῖᾶσ' ἐγὼ παρίξω. syllaba ultra numerum excurrente. Quis non videt inutilem & languidam copulam a mala manu insertam fuisse? eam non agnoscit Regius A.

364. Vulgo ἐκκοκκιῶ τὸ γῆρᾴς σου. Manifesta interpolatio. Illud σου mensuram versus excedit, huc forte illatum e v. 448. contra sententiam. Si enim per metrum licuisset pronomen quodpiam addi, scripsisset poëta ἐκκοκκιῶ τὸ γῆρᾴς μου, quod postremum hic subintelligitur.

365. ἄψαι μόνον. Sic Regii. Vulgo ἅπτου.

366. τί μ' ἐργάσει. Perperam vulgo, neglecto Atticismo, ἐργάσῃ. Illud, quod codicibus etiam nolentibus reponendum erat, praestat Regius B. Pro κενδύλοις male Aug. δακτύλοις.

367. πλεύμονας Attice. Vulgo πνεύμονας. Illud dat uterque Regius, mendose tamen B. πλέμονας.

368. οὐκ ἔστιν ἀνὴρ, mollius quam vulgatum οὐκ ἔστ' ἀνὴρ, praestant duo Regii.

369. ὠῒ. Sic Aug. Vulgo οὕτω.

370. θεὔδατος. Sic una voce cum apostropho & accentu scriptum in A. pro τοῦ ὕδατος. Vide notam supra 277.

371. ὦ θεοῖς ἐχθρά. Sic recte A. Vulgo reduntante syllaba θεοῖσιν.

372. τί δὲ δὴ σὺ πῦρ. Vulgo omisso δὴ claudicat versus, in prima sede pyrrichium habens. Ran. 158.

οὗτοι δὲ δὴ τίνες εἰσίν; — οἱ μεμυημένοι.

Thesm. 608.

ἠδὶ δὲ δὴ τίς ἐστιν, ἢ τὸ παιδίον.

Harum particularum aliquoties altera excidit, ut Thesm. 889.

τί δὲ δὴ σὺ θάσσεις τάσδε τυμβήρεις ἕδρας;

Male vulgo, ut hic, τί δὲ σύ — Quæ ſequuntur ὡς ἐκυτὸν ἐμυρμύσω; Plauti verbis melius vertiſſem: *an ut humanum exuras tibi?*

377. λυτρὸν ἐγὼ παρίξω. Claudicat verſus, nec magis recto ſtabit talo, ſi cum Florente ſcribas ἐγὼ λυτρὸν παρίξω. Quod excidit pronomen repone: σοὶ λυτρὸν ἐγὼ παρίξω.

384. ἄιδω θ' ὅπως ἀναβλαισῖάνῃς. Si nullam exceptionem admittit Daweſii canon, *vocales breves produci ſemper ante conſonantes medias* β, γ, δ, *ſequente quavis liquida, præter unicam* ῥ, *eamque regulam tragicis cum comœdiæ ſcriptoribus communem eſſe.* Hoc, inquam, ſi uſquequaque verum eſt, verſus hic, quem ille non adnigit, aliter ſcribendus eſt. Nam ex iſto canone ἀναβλαισῖ pes eſt bacchius, quem metrum jambicum non admittit: reſcribendum eſt igitur ὅπως ἂν βλαισῖάνῃς, nec amplius vertere licet, *ut regermines.* Sed ego tam ſeveras leges poëtis non ſtatuo. Quantum id fieri potuit, certum eſt ad proſodiæ regulas, quas Daweſius ſagaciter obſervavit, data opera Comicum noſtrum verſus ſuos tornaſſe: ſed ubi eum vis metri coëgit, aliaque defuerunt verba, quibus ſenſus ſuos exprimeret, eadem licentia uſus eſt, quam Athenienſium aures tam benigne concedebant Tragicis, qui alterum e Daweſii canonibus ſusque deque habuerunt; illum autem de conſonantibus mediis non adeo, ut ille rebatur, religioſe obſervarunt. De his alio loco agam. Hic tria exempla ſatis erit produxiſſe. Æſch. Prom. 172. dimetrum hunc habet anapæſticum:

καίτοι μ' οὐ μελιγλώσσοις πειθοῦς.

Noſter in ſimili metro Av. 216.

πρὸς Διὸς ἕδρας ἵν' ὁ χρυσοκόμας.

Plato Comicus apud Grotium in Excerptis p. 487.

νοεῖ μὲν ἕτερ', ἕτερα δὲ γλώττῃ φθέγγεται.

Vides hîc ſecundam in μελιγλώσσοις corripi, quæ juxta canonem Daweſii produci deberet: primam in ἕδρας produci, quæ deberet in quarta ſenarii ſede corripi ante γλ, quum produci non obſtabit ergo canon ille, quin maneat ὅπως ἀναβλαισῖάνῃς. Nam ob cauſam mihi minus placuerat vulgata lectio: ſci-

licet quia rariſſime Comicus particula ὅπως, *ut*, cauſam finalem notante, nude ſic utitur, eique fere ſemper adjungit ἄν. Vide 182. 221. 239. 267. 358. 419. 425. 539. ne plures excitem locos. Alterius tamen conſtructionis dantur exempla, licet multo pauciora: ut Conc. 117. ξυνελέγημεν ὅπως προμελετήσωμεν ἀκριῆ δεῖ λέγειν.

386. χλιανεῖς primam hic producit, quæ corripitur in Conc. 64.

ἐχλιανόμην ἑσπῶσα πρὸς τὸν ἥλιον.

Putavi aliquamdiu ſcribendum eſſe ἔχεις, σύ γε χλιανεῖς σεαυτόν. Sed revera in χλιαίνω & derivatis incerti moduli eſt litera ι & poëtarum arbitrio permiſſa. Producitur in χλιαρὸς Acharn. 975.

χρήσιμα· ταὐτὸ γὰρ πρέπει χλιαρὰ κατεσθίειν.

388. χοἱ πυκνοί. Sic Regius A. Vulgo πυκνοί.

391. ὁ μὴ ὥραισι. Elliptica locutio, in qua verbum ſupplendum e trita vulgi ſermone imprecatione. Ordo eſt ſic inſtituendus: ἔλεγε δ' ὁ μὲν Δημόσθρατος (μὴ ὥραισιν ἵκοιτο) πλεῖν ἐς Σικελίαν. Formulam hanc illuſtravit Caſaubonus ad Athenæum p. 112. Variata conſtructione occurrit infra 1037.

ἀλλὰ μὴ ὥρας ἵκοισθ' ὡς ἐσθὲ θωπικαὶ φύσει.

In Aug. ſcriptum ὥρασι, eodem errore, quo ſæpe θύρασι pro θύρῃσι.

395. ἡ δ' ὑποπεπωκυῖ'. In binis Regiis ὑποπεπλωκυῖ'. Sic etiam in Aug. ſcripſerat librarius: ſed τ induxit. Hæ voces alibi commutatæ. In Pace 874. male vulgo legitur ὑποπεπλωκότες, ubi edidimus:

ἐπαίομεν Βραυρῶνάδ' ὑποπεπωκότες.

397. Schol. Δημόσθρατος Βουζύγης ἐλέγετο· ὃν Χολοζύγην εἶπε, διὰ τὸ μελαγχολᾶν. καὶ Εὔπολις δὲ ἐν Δήμοις ὡς μανιώδη αὐτὸν λέγει·

τί πέπραγας, ὥσπερ Βουζύγης ἀδικούμενος;

καὶ ἄλλοι.

398. τοιαῦτ' ἀπ' αὐτῶν. Sic duo Regii: mendoſe tamen B. ἁπάντων, errore librarii, qui utique ob oculos habuit ἀπ' αὐτῶν. Vulgo τοιαῦθ' ὑπ' αὐτῶν.

399. Vulgo perſonam huic verſui præfigunt nuntii, qui nullus in hac fabula eſt. Ineptorum librariorum commentum eſt. In Aug. adſcripta perſona eſt ἄγγελος γερόντων: in B. χορὸς γερόντων ἢ

ἄνδρες. Vere A. id quod jam ante repoſueram, exhibet παρεχόμενοι γιγάντων.

401. Θεσπιεῖδαι. Sic recte tres codd. & veteres editiones. Peperam Kuſterus edidit Θεσπιάδαι.

407. ἐν τῶν δημιεργῶν. Nihil frequentius apud quosvis ſcriptores hac ellipſi nominis εἷς, vel τις, quando de Diis agitur. Sic infra 622. εἷς Κλεισθένους. 1064. εἷς ἐμοῦ. Conc. 420. ἐς τὸν σπαδιῶν. Ran. 69. & 118. ἐς Ἅιδου. Plato initio libri I. de Republica: ἦμεν εἰς οἰκάδε εἰς τοῦ Πολεμάρχου: ad quem locum in editione Cantabrigienſi hominis parum Attici legitur hæc annotatiuncula: ΑΤΤΙΚΩΤΕΡΟΝ *legas* ΤΟΝ ΤΟΥ. Ceterum tres mei codd. habent ἐν τῶν, ut recte Kuſterus e duobus aliis edidit, quorum, in formula puerilis etiam notiſſima, ne quidem requirenda erat auctoritas. Berglerus tamen mendoſum veterum editionum ἐκ retineri voluit, abſurdiſſimis argumentis, ut ſunt ejus alia permulta.

408. ὦ χρυσοχόε, τὸν ἔρωτα, ὃν ἐπιστεύσας. Sic duo Regii: vulgo, claudicante metro, ἐπιστεύσας. Sincera lectio Kuſtero innotuerat e cod. Voſſiano, eamque in eadem nota commendat, qua dicit ſe e duobus codicibus ſuperiori verſu ἐν pro ἐκ repoſuiſſe. Quidni ergo etiam ἐπιστεύσας in textu reponebat? Hoc non minus quam illud certum eſt. Aug. pravam exhibet editionum lectionem. Scilicet obſervaſſe operæ pretium erit ridiculum multorum librariorum morem, qui compendii ergo præpoſitiones verbis adhærentes, maxime ſi eas ad ſenſum nihil conferre arbitrarentur, omittere ſolebant; quod quidem in ſolutæ orationis ſcriptoribus haud permagni momenti eſt; at in poëtis multos bonos verſus perdidit hæc ſocordia. Infra 613. ubi recte edidi:

ἥξει παρ' ἡμῶν τὰ τρίτ' ἐπισκευασμένα.

Ex eadem cauſa atque hic legitur vulgo cum metri labe ἐσκευασμένα. [illegible]. 951. ubi edidi:

ἐς τὰς ὥρας ξυσπευχόμενος.

vulgo ruente metro ξυνευχόμενος. E ſimilibus exemplis didi- Critici mendas, codicibus quos verſant antiquiores eluere,

pro

pro ſimplicibus verbis compoſita reponendo; quod ſæpe a nobis factum videbitur: ut Ran. 1517. διασώζειν pro σώζειν. Theſm. 658. διαθρῆσαι pro ἀθρῆσαι. Nub. in verſu fœde corrupto 326. διαθρῶ pro ἀθρῶ. Ibid. 987. προδιδάσκεις pro διδάσκεις. Veſp. 386. κατακλαύσαντες pro κλαύσαντες. Ibid. 565. παρισώσῃ pro ἰσώσῃ: aliisque in locis, ubi emendationum reddetur ratio. Sic Apollonio III. 571. ἐπιπλήσσεσθαι reſtitutum pro πλήσσεσθαι.

410. ἐκ τοῦ τρήματος. Perperam Regii ἐκ τοῦ τρίμματος. Intellexitne auctor iſtius lectionis, glandem ὑπὸ τῆς τρίψεως excidiſſe? ſed ineptum hoc eſt. Nemo non videt quo adludat Comicus. In Conc. 623. προβεβούλευται γὰρ ὅπως ἂν μηδιμιᾶς ᾖ τρύπημα κενόν.

413. ἐναρμοσον. Sic tres codd. Editiones priſcæ εὐάρμοσον, eadem erroris cauſa, ob quam ſupra obſervatum v. 398. ἁπαντῶν pro ἀπ' αὐτῶν: quia ν & υ facillime permutantur.

417. δακτυλίδιον. Diminutivorum in ἴδιον penultimam alia corripiunt, alia producunt. Diverſitatis cauſam patefacit Daweſius Miſc. Criț. p. 214. Sed vereor ut ejus ratio hîc locum habere poſſit. Nam δακτυλίδιον *digitulus* a δάκτυλος fluxit, ut ἀδελφίδιον ab ἀδελφός. Non enim derivatur a δακτύλιος *anulum* ſignificante. Aut dicendum δακτυλίδιον derivatum a δακτύλιος tam *digitulum*, quam *anulum* ſignificare. Sed ſunt hæc, *quod dici ſolet*,

gerræ germanæ, atque edepol λῆροι λήρων.

Certum eſt antepenultimam in δακτυλίδιον hîc produci, & *parvum digitum* hoc diminutivo ſignificari.

426. ποῖ δὲ σὺ βλέπεις; Sic ambo Regii. Vulgo ποῖ δ' αὖ σύ. Iidem initio verſus exhibent τί κίχηνας, quod bene Kuſterus repoſuit, quum priores editiones jugulato metro haberent ποῖ κίχηνας.

427. οὐδὲν ποιῶν ἄλλ' ἢ — Sic Aug. quod vix memoratu dignum eſt. Potior eſt hæc ſcriptura, ea quam vulgati libri exhibent ἀλλ' ἤ: qua de re videndus, ſi tanti eſt, noviſſimus auctor de Part. Gr.

428. ὑποκαλόντες. Vulgo ὑποκαλόντε. Pluralem præferunt tres codd. Mendoſe tamen in B. ὑποκαλόνες, unde nihilominus liquet de terminatione vocis, quam ſcribere debuit librarius.

ἄβγελος. Vere A. id quod jam ante repoſueram, exhibet nude γρόντων.

401. θαιματίδια. Sic recte tres codd. & veteres editiones. Puperam Kuſterus edidit θοιματίδια.

407. ἐν τῶν δημιουργῶν. Nihil frequentius apud quosvis ſcriptores hac ellipſi nominis οἰκῆς, vel νεκῆς, quando de Diis agitur. Sic infra 622. εἰς Κλεισθένους. 1064. εἰς ἐμοῦ. Conc. 420. ἐς τῶν ἐπιδεψῶν. Ran. 69. & 118. εἰς Ἀιδου. Plato initio libri I. de Republica: ἤμεν οὖν οἰκαδε εἰς τοῦ Πολεμάρχου: ad quem locum in editione Cantabrigienſi hominis parum Attici legitur hæc annotatiuncula: ΑΤΤΙΚΩΤΕΡΟΝ *legas* ΤΟΝ ΤΟΥ. Ceterum tres mei codd. habent ἐν τῇ, ut recte Kuſterus e duobus aliis edidit, quorum, in formula puerili etiam notiſſima, ne quidem requirenda erat auctoritas. Berglerus tamen mendoſum veterum editionum ἐκ retineri voluit, abſurdiſſimis argumentis, ut ſunt ejus alia permulta.

408. ὦ χρυσοχόε, τὸν ἔρμον, ὃν ἐπεσκεύασας. Sic duo Regii: vulgo, claudicante metro, ἐσκεύασας. Sincera lectio Kuſtero innotuerat e cod. Voſſiano, eamque in eadem nota commendat, qui dicit ſe e duobus codicibus ſuperiori verſu ἐν pro ἐκ repoſuiſſe. Quidni ergo etiam ἐπεσκεύασας in textu reponebat? Hoc non minus quam illud certum eſt. Aug. pravam exhibet editionum lectionem. Scilicet obſervaſſe operæ pretium erit ridiculum multorum librariorum morem, qui compendii ergo præpoſitiones verbis adhærentes, maxime ſi eas ad ſenſum nihil conferre arbitrarentur, omittere ſolebant; quod quidem in ſolutæ orationis ſcriptoribus haud permagni momenti eſt; at in poëtis multos bonos verſus perdidit hæc ſocordia. Infra 613. ubi recte edidi:

ἥξει παρ' ἡμῶν τὰ τρίτ' ἐπεσκευασμένα.

Ex eadem cauſa atque hic legitur vulgo cum metri labe ἐσκευασμένα. In Theſm. 951. ubi edidi:

ἐς τὰς ὥρας ξυπεπειχόμενος.

Legitur vulgo ruente metro ξυνεχόμενος. E ſimilibus exemplis didicerunt Critici mendas, codicibus quos verſant antiquiores eluere, pro

pro ſimplicibus verbis compoſita reponendo; quod ſæpe a nobis factum videbitur: ut Ran. 1517. διαπώζειν pro σώζειν. Theſm. 658. διαθρῆσαι pro ἀθρῆσαι. Nub. in verſu fœde corrupto 326. διαθρῶ pro ἀθρῶ. Ibid. 987. προδιδάσκεις pro διδάσκεις. Veſp. 386. καταπλήσαντες pro κλαύσαντες. Ibid. 565. παρισώσῃ pro ἰσώσῃ: aliisque in locis, ubi emendationum reddetur ratio. Sic Apollonio III. 571. ἀπεπλήσατεσθαι reſtitutum pro πλήσασθαι.

410. ἐκ τοῦ τρήματος. Perperam Regii ἐκ τοῦ τρίμματος. Intellexitne auctor iſtius lectionis, glandem ὑπὸ τῆς τρίψεως excidiſſe? ſed ineptum hoc eſt. Nemo non videt quo adludat Comicus. In Conc. 623. προβεβούλευται γὰρ ὅπως ἂν μηδεμιᾶς ᾖ τρύπημα κενόν.

413. ἐνάρμοσον. Sic tres codd. Editiones priſcæ εὐάρμοσον, eadem erroris cauſa, ob quam ſupra obſervatum v. 398. ἁπάντων pro ἀπ' αὐτῶν: quia ν & υ facillime permutantur.

417. δακτυλίδιον. Diminutivorum in ἴδιον penultimam alia corripiunt, alia producunt. Diverſitatis cauſam patefacit Daweſius Miſc. Criț. p. 214. Sed vereor ut ejus ratio hîc locum habere poſſit. Nam δακτυλίδιον *digitulus* a δάκτυλος fluxit, ut ἀδελφίδιον ab ἀδελφός. Non enim derivatur a δακτύλιος *anulum* ſignificante. Aut dicendum δακτυλίδιον derivatum a δακτύλιος tam *digitulum*, quam *anulum* ſignificare. Sed ſunt hæc, *quod dici ſolet*,

gerræ germanæ, atque edepol λῆροι λήρων.

Certum eſt antepenultimam in δακτυλίδιον hîc produci, & *parvum digitum* hoc diminutivo ſignificari.

426. ποῖ δὲ σὺ βλέπεις; Sic ambo Regii. Vulgo ποῖ δ' αὖ σύ. Iidem initio verſus exhibent τί κέχηνας, quod bene Kuſterus repoſuit, quum priores editiones jugulato metro haberent ποῖ κέχηνας.

427. οὐδὲν ποιῶν ἄλλ' ἢ — Sic Aug. quod vix memoratu dignum eſt. Potior eſt hæc ſcriptura, ea quam vulgati libri exhibent ἀλλ' ἤ: qua de re videndus, ſi tanti eſt, noviſſimus auctor de Part. Gr.

428. ὑποκαλύντες. Vulgo ὑποκαλύντε. Pluralem præferunt tres codd. Mendoſe tamen in B. ὑποκάνες, unde nihilominus liquet de terminatione vocis, quam ſcribere debuit librarius.

429. ἐνθενδὶ δ' ἐγώ. Vulgo claudicante metro ἐνθένδ' ἐγώ. Illud ſe cuivis facile obtuliſſet: jamdudum a me repoſitum poſtea confirmavit Regius A. Minus emendate in B. ἐνθένδε δ' ἐγώ.

444. κύαθον, *cucurbitulam*. Suidas ex integrioribus ad hunc locum ſcholiis: κύαθον αἰτήσεις τάχα, ἵνα προσθῇς ταῖς γναθοις. τοῦτως τυφθήσῃ, καὶ ὑπωπιασθήσῃ ὑφ' ἡμῶν. γεμίζουσι γὰρ κύαθον θερμοῦ, καὶ προσκλῶσι τοῖς οἰδήμασι, καὶ θεραπεύουσι. Græci medici σικύας vocant, nos Galli, *ventouſes*, caliculos illos, qui cuti cum flamma applicantur. Horum mentio etiam in Pace 541.

καὶ ταῦτα δαιμονίως ὑπωπιασμένοι
ἀπαξάπασαι, καὶ κυάθοις προσκείμενοι.

453. τέτλαρες. Sic Regii. Vulgo τέσσαρες. Heſychius: λόχα Λακεδαιμονίων, φησὶν Ἀριστοφάνης, τέτλαρες. Ad quem locum vide interpretes. Argutatur hic Berglerus, jocum ex ambiguo quærens, qui prorſus eſſet inficetus. Adludit Comicus ad notiſſimas Lacedæmoniorum μόρας. Vide Meurſium Att. Lect. I. 16.

459. παιήσεῖ'. Futurum eſt verbi παίω Atticorum more, qui futura barytonorum formant tanquam a contractis. Nub. 1125.

ἀποκεκόψεντμι· τοιαύταις σφενδόναις παιήσουσιν.

Sic Eq. 98. κατακλινήσομαι. Theſm. 653. οἰχήσεται. Veſp. 222. βαλλήσομεν. Pl. 21. τυπλήσεις: aliaque — οὐχ ἕλξεῖ' habent duo Regii, quod e Voſſiano bene repoſuit Kuſterus. Aug. & Juntina ἐξέλκεῖ', quod inepte Veneti typographi mutarunt in ἐξέλθεῖ'.

461. παύεσθ'. Sic Aug. Vulg. παύσασθ'.

465. νὴ τὸν Ἀπόλλω. Sic duo Regii, quod e Vat. bene repoſuit Kuſterus, ejecto ſpurio μὰ, quod erat in prioribus editionibus. At hoc revocavit Berglerus, licet fateatur, *particulam illam negativam eſſe, & apud Comicum vix ullibi aliter occurrere, niſi forte hoc in loco.* Cur ergo veteri codici, cui major quam denis editionibus, etiamſi omnes Farreanæ eſſent, fides habenda, noluit obſequi? Quia ſcilicet apud Ariſtænetum & Alciphronem μὰ affirmans occurrit. Tanquam ſi ad normam recentiorum & vix balbutientium Græculorum exigendus eſſet Ariſtophanes. Una eſt illa ex multis

Bergleri notulis, quas ille procul dubio retractaſſet, quasque peritus emtor, qui famæ illius conſultum voluiſſet, plane ſuppreſſiſſet.

466. πολλήν γ' ἐάν περ. Duo Regii πολλή γ' ἐάν περ. Aug. πολλήν γ' — quod congruum eſt. Repetendum enim ex interrogatione verbum οἶμαι. Vulgo πολλὴν ἐάν γε —

467. Πρόξουλε τῆσδε τῆς γῆς. Sic bene Kuſterus ex neſcio cujus emendatione. Tres codd. cum Juntina aliisque veteribus τῆσδε γῆς, mutilo verſu.

476. χρηστόμεσθα. Sic duo Regii. Vulgo χρησόμεθα.

484. μὴ πείθου. Sic ſcribendum eſſe evincit metri ratio. Male vulgo πιθοῦ. Illud jam ante a me repoſitum poſtea inveni in duobus Regiis. Iidem & Aug. ſeq. v. recte ad metri legem habent τοιοῦτον. Male vulgo τοιοῦτο.

487. Turpiter depravatum hunc verſum exhibent recentiores Comici editiones:

ὅ τι βουλόμενοι τὴν ἀκρόπολιν ἡμῶν ἀπεκλείσατε μοχλοῖς.

Quæ imperiti neſcio cujus editoris interpolatio eſt. In Aug. ut in Juntina ceterisque veteribus editt. legitur:

ὅ τι βουλόμενοι τὴν πόλιν ἡμῶν ἀπεκλείσατε τοῖς μοχλοῖς.

In Regio A.

ὅ τι βουλόμενοι τὴν πόλιν οὕτως ἡμῶν ἀπεκλείσατε μοχλοῖς.

Nec aliter B. niſi quod οὕτως omittit. In eo voci πόλιν ſuperſcripta gloſſa τὴν ἀκρόπολιν, e Scholiaſtæ expoſitione petita. Cenſebit quis forte lectionem prioris Regii recipi debuiſſe; ſed obſtat ſyllabæ modulus in μοχλοῖς, quod nullibi apud Comicum occurrit, niſi priore correpta. Itaque tutius fuit Daweſii emendationem ſequi, e penitiſſima Ariſtophanei metri peritia ductam. Vides eam ab antiqua lectione ſola duarum vocum forma differre. Properanti librario, & ductus aliquot calami compendi facere volenti, commodum viſum eſt τοῖς μοχλοῖς pro τοῖσι μοχλοῖσιν.

488. παρέχοιμεν. Solœce vulgo παρέχωμεν. Illud recte exhibent Aug. & B. In A. σῶν κατέχοιμεν.

489. καὶ τἄλλα γε. Sic Regii. Vulgo τἄλλα τε.

490. ταῖς ἀρχαῖς ἐπέχοντες. Sic etiam Suidas in κορκορυγάς. Perperam Regii τὰς ἀρχάς.

491. αἰεί. Vulgo ἀεί. Vide infra ad 1230. οὕνεκα pro vulgato εἵνεκα habent Regii. In Aug. ἕνεκα.

494. τί δὲ δεινὸν τοῦτο νομίζεις. Vulgo τί δεινόν, claudicante verſu.

499. Hunc verſum in impreſſis omiſſum tres codd. ſic exhibent:

ὡς σωθήσει, κἂν μὴ βούλῃ — δεινὸν λέγεις — ἀγανακτεῖς.

Exciderat particula γε, quæ habetur infra 529. δεινόν γε λέγεις, καὐ τλητὸν ἔμοιγε. Minus emendate A. σωθήσῃ.

500. ἀλλὰ ποιητέα ταῦτ' ἐστὶν ὅμως. Sic optime Regii. Aug. ut Juntina & utraque Baſileenſis ἀλλ' ἀποκλέα, quod quid ſit, vel unde emerſerit, neminem arbitror adhuc ſuſpicatum fuiſſe. Ortum eſt a prava ſcriptura αλλα ποητεα. η, ut millies obſervatum ab iis qui codices tractarunt, in κ mutatum, & voces male diſtinctæ, ἀλλ' ἀποκλέα pro ἀλλὰ ποκλέα. Hoc primum certiſſimum eſt. In priore Veneta, unde in ceteras tranſiit, emendatum fuit ἀλλ' ἀποδεκλέα, conjectura ſane non inepta, quæque auctorem habet hominem eruditum. ἀποδέχομαι, unde verbale ἀποδεκλέον, exemplis illuſtrat Taylor ad Lyſiam p. 768. edit. Lipſienſis. Sed longe præſtat noſtra lectio certa nixa auctoritate. Permutationis literarum η & κ permulta dabit exempla Juntina editio, quæ inſtar ſcripti codicis eſt. Alterum obſervare memini in hac ipſa fabula v. 1281. ἰκίον pro ἰήϊον.

501. τοῦδ' οὕνεκα. Sic recte B. & Aug. In A. τοῦγ' εἵνεκα. Regii καὶ πολύ. In Aug. & in vett. editt. καὶ omiſſum cum metri ruina.

508. τῶν ἀνδρῶν, ἅτ' ἐποιεῖτε. Sic recte A. Vulgo ſpreta & metri & ſermonis lege ἅτ' ἂν ποιεῖτε. In B. ſaltem ad loquendi normam ἅτ' ἂν ποῆτε.

510. ἔνδον ἂν εὖσαι. Sinceram hanc editionum lectionem habet Aug. In B. particula ἂν omiſſa verſu ruente: in A. ἐνδὲν ἐσῦσαι. Poſtremum hoc non admittit plebeius Comicorum ſermo.

514. τί δέ σοι τοῦτ'; ἢδ' ὅς ἂν ὠνὴρ. Vulgo ταῦτ' ἢδ' ὅς ἂν ἀνὴρ.

Regius uterque τοῦτ'. A. ἥδ' ἐς ὁ ἀνήρ: alter ἥδ' ὅς ἀνήρ. Vides ex iſtis legitimam lectionem reconcinnatam fuiſſe.

515. ἀλλ' οὐκ ἂν ἐγώ. Hoc dicit quævis alia mulier. In A. præfixa perſona Μυῤῥίνη, & ſuperſcriptum γυνή. In B. μία γυνή.

516. ὤμωξας. Sic duo Regii cum Vat. & Voſſ. Mox vocem ἔνδον in prioribus editt. omiſſam & a Kuſtero repoſitam agnoſcunt tres mei codd. Sed ἔγωγ' omittunt.

517. Hic verſus toto pede vulgo mutilus eſt, omiſſa voce δήπου, quam ſuppeditavit Regius A. Kuſteri conjectura non contentus repoſueram primo: ἀλλά τάχ' ἕτερόν τι πονηρότερον βούλευμ' —

519. Corrupte vulgo legitur hic verſus tum quoad metrum, tum quoad φράσιν:

ὁ δέ μ' εὐθὺς ὑποβλέψας ἔφασκε, κεἰ μὴ τὸν σίημονα νήσω —

Perſanatum eum fore credidit Orvillius ad Charit. p. 506. ſi legatur φάσκεν: ſed non animadvertit abſurdum eſſe κεἰ μὴ νήσω. Nullus hîc locus eſſe poteſt copulæ. Regii vocem ἔφασκε omittunt: præterea in A. ſcriptum ὑποβλέψας, εἰ μὴ τὸν σίημονα νήσεις, quod poſtremum veriſſimum eſt: unde maximam partem optime repoſui:

ὁ δ' ἔμ' εὐθὺς ὑποβλέψας φάσκεν ἄν· Εἰ μὴ τὸν σίημονα νήσεις.

V. ſeq. vulgo legitur ὀτοτύξεσθαι, congruenter quidem, quum præceſſiſſet νήσω: duo Regii ὀτοτύξεσθε. Utraque lectio corrupta eſt ex ὀτοτύξει τοι. Quis non ſentit quantum accedat vis & leporis huic narrationi, ſi directa referatur mariti increpatio, ad eundem modum, quo ſupra, τί βεβούλευται ὑμῖν; & τί δέ σοι ταῦτ'; & πῶς ταῦτα διαπράττεσθ'; Tamen quia φάσκειν ſine augmento non eſt ex Comici uſu, præſtat minore mutatione, transpoſitis tantum duabus vocibus, cum Valckenario ad Herodotum p. 353. legere:

ὁ δ' ἔμ' εὐθὺς ἔφασκεν ὑποβλέψας· Εἰ μὴ τὸν σίημονα νήσεις
ὀτοτύξει τοι μακρὰ τὴν κεφαλήν.

reliqua pars meæ emendationis certiſſima eſt, fide veteris codicis nixa.

520. πόλεμος δ' ἀνδρεσσι μελήσει. Facete hæc traducta ex Hectoris ab Andromacha diſcedentis oratione Iliad. VI. verſus finem:

ἀλλ' εἰς οἶκον ἰοῦσα τὰ σαυτῆς ἔργα κόμιζε,
ἰσθόν τ', ἠλακάτην τε, καὶ ἀμφιπόλοισι κέλευε
ἔργον ἐπισχέσθαι· ΠΟΛΕΜΟΣ Δ' ΑΝΔΡΕΣΣΙ ΜΕΛΗΣΕΙ.

quæ παρῳδεῖ infra mulier: πόλεμος δὲ γυναιξὶ μελήσει.

523. ὅτε δῆθ' ὑμῶν. Corrupte vulgo & mendosissime ὅτε δ' ἤδ' ὑμῶν. Nostrum exhibet A. & jamdudum repositum fuerat in priore Veneta, unde in alteram migravit. Falsum est quod ait Berglerus ultimam in ἤδη posse elidi.

524. μὰ Δί' οὐ δῆτ' ἔσθ' ἕτερός τις. Sic certissime metrum restitui, inserto ἔσθ', quod eleganter repetitum vim sermoni addit. Omittunt hoc verbum etiam tres mei codd. In Regiis, ut vulgo, οὐ δῆθ' ἕτερός τις. In Aug. οὐ δῆτ' ἕτερός τις, ubi tenuis consonans leve indicium dat omissi verbi. Similiter ἔσθ' omissum vulgo Av. 276.

529. σιώπα. Sic vulgo absurdissime constitutus hic locus.

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

σιώπα,
σίγα, ὦ κατάρατε.

ΠΡΟΒΟΥΛΟΣ.

σιωπῶ γώ;

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

καὶ ταῦτα καλύμματα φέρε
περὶ τὴν κεφαλήν.

ΠΡΟΒΟΥΛΟΣ.

μὴ νῦν ζώην.

ubi non metri magis quam sensus habita ratio. Proclive erat e Scholiaste reponere καὶ ταῦτα κάλυμμα φορεύσῃ, quod Kustero ne quidem observatum, animadvertit Daweſius Miscell. Crit. p. 75. Præterea loquendi vices personis male divisas esse monuerunt Markland ad Eurip. Suppl. 454. & Toup Cur. Nov. in Suidam p. 82. sed neuter rem confecit. Postquam Lysistrata ira concitata dixit σιώπα, *tais-toi*, nihil insuper addere debuit: quod illi præterea tribuunt σίγα, frigidum est. Ubi duo illa verba conjunguntur, hoc primo loco semper positum videbis; σίγα, σιώπα. Tum participium φορουσῃ cum em-

phasi prolatum ob voces καὶ ταῦτα, ad expressum nomen, vel pronomen, vel personam præcedentis verbi referri debet. Tres mei codd. perspicue exhibent:

σοί γ', ὦ κατάρατε, σιωπῶ 'γώ, καὶ ταῦτα κάλυμμα φορούσῃ περὶ τὴν κεφαλήν; μὴ νῦν ζῴην.

In Regiis ante σοί γ' adscripta persona Προσ. cui omnia continuantur, ut in nostra editione. σοί γε σιωπῶ; *tibine taceam?* dictum hîc, ut Ran. 1134. ἐγὼ σιωπῶ τῷδ';

539. αἴρεσθ', ὦ γυναῖκες. Sic Vulgo. Ab anapæstis transit sermo ad jambos. Qui vel pauxillum metra adtigit, statim videt illud αἴρεσθ' esse depravatum. Nihil tamen ad hunc locum belli editores Strepsiadis similes. Antiquiorem codicibus nostris labem eluam. Scholiastes textus vocem exponens ἀναχωρήσατε ait: quæ interpretatio manifeste refertur ad ἀπαίρετ'. Hesychius: ἀπαίρει, ἀναχωρεῖ. Concion. 818.

μεσῆν ἀπῆρα τὴν γνάθον χαλκῶν ἔχων.

Frequens historicis verbum tam de terrestri, quam de maritimo itinere. Hoc confidenter reposui, tam certus veram Comici manum restituisse, quam si tres codices adstipularentur. Mirabor tamen, ni mihi censor aliquis mutatæ absque auctoritate lectionis crimen intentet. At si quis,

οἴνου παρόντος, ὄξος ἡράσθη πιεῖν,

fruatur ille suo sensu.

540. χ' ἡμεῖς τι ταῖς φίλαισι συλλάβωμεν. Vulgo χ' ἡμεῖς τε perperam. Regii τι. Harum vocalium frequentissima permutatio viros etiam adtentiores aliquando fefellit, quod ipsi exemplo nostro ostendimus Thesm. 21. — συλλάβωμεν. Sic edi debuit nullo ad codices respectu, ne spondæus alienam occuparet sedem. Alibi observavi Atticum ξ librarios temere adsciviisse vel neglexisse, sine certa lege. Hic, casune an consilio, recte in Regiis scriptum συλλάβωμεν.

541. Jambicum senarium in vulgata lectione nemo agnoscat:

ἐγὼ γὰρ οὔποτε κάμοιμ' ἂν ὀρχουμένη.

Nostram lectionem exhibet Regius A.

429. ἐνθενδὶ δ' ἐγώ. Vulgo claudicante metro ἐνθένδ' ἐγώ. Illud ſe cuivis facile obtuliſſet: jamdudum a me repoſitum poſtea confirmavit Regius A. Minus emendate in B. ἐνθένδε δ' ἐγώ.

444. κύαθον, *cucurbitulam.* Suidas ex integrioribus ad hunc locum ſcholiis: κύαθον αἰτήσεις τάχα, ἵνα προσθῇς ταῖς γναθοις. ὥστε τυφθήσῃ, καὶ ὑπωπιασθήσῃ ὑφ' ἡμῶν. γεμίζουσι γὰρ κύαθον θερμοῦ, καὶ προσκλῶσι τοῖς οἰδήμασι, καὶ θεραπεύουσι. Græci medici σικύας vocant, nos Galli, *ventouſes*, caliculos illos, qui cuti cum flamma applicantur. Horum mentio etiam in Pace 541.

καὶ ταῦτα δαιμονίως ὑπωπιασμέναι
ἀπαξαπάσαι, καὶ κυάθοις προσκείμεναι.

453. τέτλαρες. Sic Regii. Vulgo τέσσαρες. Heſychius: λόχοι Λακεδαιμονίων, φησὶν Ἀριστοφάνης, τέτλαρες. Ad quem locum vide interpretes. Argutatur hic Berglerus, jocum ex ambiguo quærens, qui prorſus eſſet inſicetus. Adludit Comicus ad notiſſimas Lacedæmoniorum μόρας. Vide Meurſium Att. Lect. I. 16.

459. παιήσεῖ'. Futurum eſt verbi παίω Atticorum more, qui futura barytonorum formant tanquam a contractis. Nub. 1125.

ἀπεκεκόψοντο· τοιαύταις σφενδόναις παιήσομεν.

Sic Eq. 98. κατακλινήσομαι. Theſm. 653. οἰχήσεται. Veſp. 222. βαλλήσομεν. Pl. 21. τυπλήσεις: aliaque — οὐχ ἕξει' habent duo Regii, quod e Voſſiano bene repoſuit Kuſterus. Aug. & Juntina ἐξέλκει', quod inepte Veneti typographi mutarunt in ἐξέλθει'.

461. παύεσθ'. Sic Aug. Vulg. παύσασθ'.

465. νὴ τὸν Ἀπόλλω. Sic duo Regii, quod e Vat. bene repoſuit Kuſterus, ejecto ſpurio μὰ, quod erat in prioribus editionibus. At hoc revocavit Berglerus, licet fateatur, *particulam illam negativam eſſe, & apud Comicum vix ullibi aliter occurrere, niſi forte hoc in loco.* Cur ergo veteri codici, cui major quam denis editionibus, etiamſi omnes Farreanæ eſſent, fides habenda, noluit obſequi? Quia ſcilicet apud Ariſtænetum & Alciphronem μὰ affirmans occurrit. Tanquam ſi ad normam recentiorum & vix balbutientium Græculorum exigendus eſſet Ariſtophanes. Una eſt illa ex multis

Bergleri notulis, quas ille procul dubio retractaſſet, quasque peritus emtor, qui famæ illius conſultum voluiſſet, plane ſuppreſſiſſet.

466. πολλήν γ' ἐάν περ. Duo Regii πολλή γ' ἐάν περ. Aug. πολλήν γ' — quod congruum eſt. Repetendum enim ex interrogatione verbum οἶμαι. Vulgo πολλὴν ἐάν γε —

467. Πρόξουλε τῆσδε τῆς γῆς. Sic bene Kuſterus ex neſcio cujus emendatione. Tres codd. cum Juntina aliisque veteribus τῆσδε γῆς, mutilo verſu.

476. χρησόμεσθα. Sic duo Regii. Vulgo χρησόμεθα.

484. μὴ πείθου. Sic ſcribendum eſſe evincit metri ratio. Male vulgo πιθοῦ. Illud jam ante a me repoſitum poſtea inveni in duobus Regiis. Iidem & Aug. ſeq. v. recte ad metri legem habent τοιοῦτον. Male vulgo τοιοῦτο.

487. Turpiter depravatum hunc verſum exhibent recentiores Comici editiones:

ὅ τι βουλόμενοι τὴν ἀκρόπολιν ἡμῶν ἀπεκλείσατε μοχλοῖς.

Quæ imperiti neſcio cujus editoris interpolatio eſt. In Aug. ut in Juntina ceterisque veteribus editt. legitur:

ὅ τι βουλόμενοι τὴν πόλιν ἡμῶν ἀπεκλείσατε τοῖς μοχλοῖς.

In Regio A.

ὅ τι βουλόμενοι τὴν πόλιν οὕτως ἡμῶν ἀπεκλείσατε μοχλοῖς.

Nec aliter B. niſi quod οὕτως omittit. In eo voci πόλιν ſuperſcripta gloſſa τὴν ἀκρόπολιν, e Scholiaſtæ expoſitione petita. Cenſebit quis forte lectionem prioris Regii recipi debuiſſe; ſed obſtat ſyllabæ modulus in μοχλοῖς, quod nullibi apud Comicum occurrit, niſi priore correpta. Itaque tutius fuit Daweſii emendationem ſequi, e penitiſſima Ariſtophanei metri peritia ductam. Vides eam ab antiqua lectione ſola duarum vocum forma differre. Properanti librario, & ductus aliquot calami compendi facere volenti, commodum viſum eſt τοῖς μοχλοῖς pro τοῖσι μοχλοῖσιν.

488. παρέχοιμεν. Solœce vulgo παρέχωμεν. Illud recte exhibent Aug. & B. In A. σῶν κατέχοιμεν.

489. καὶ τἄλλα γε. Sic Regii. Vulgo τἄλλα τε.

490. ταῖς ἀρχαῖς ἐπέχοντες. Sic etiam Suidas in κορκορυγάς. Perperam Regii τὰς ἀρχάς.

491. αἰεί. Vulgo ἀεί. Vide infra ad 1230. οὕνεκα pro vulgato εἵνεκα habent Regii. In Aug. ἕνεκα.

494. τί δὲ δεινὸν τοῦτο νομίζεις. Vulgo τί δεινόν, claudicante verſu.

499. Hunc verſum in impreſſis omiſſum tres codd. ſic exhibent:

ὡς σωθήσει, κἂν μὴ βούλῃ — δεινὸν λέγεις — ἀγανακτεῖς.

Exciderat particula γε, quæ habetur infra 529. δεινόν γε λέγεις, καὐτλητὸν ἔμοιγε. Minus emendate A. σωθήσῃ.

500. ἀλλὰ ποιητέα ταῦτ' ἐστὶν ἔμως. Sic optime Regii. Aug. ut Juntina & utraque Baſileenſis ἀλλ' ἀποκλέα, quod quid ſit, vel unde emerſerit, neminem arbitror adhuc ſuſpicatum fuiſſe. Ortum eſt a prava ſcriptura αλλα ποητεα. η, ut millies obſervatum ab iis qui codices tractarunt, in ι mutatum, & voces male diſtinctæ, ἀλλ' ἀποκλέα pro ἀλλὰ ποηλέα. Hoc primum certiſſimum eſt. In priore Veneta, unde in ceteras tranſiit, emendatum fuit ἀλλ' ἀποδεικλέα, conjectura ſane non inepta, quæque auctorem habet hominem eruditum. ἀποδείκνυμαι, unde verbale ἀποδεικλέον, exemplis illuſtrat Taylor ad Lyſiam p. 768. edit. Lipſienſis. Sed longe præſtat noſtra lectio certa nixa auctoritate. Permutationis literarum η & ι permulta dabit exempla Juntina editio, quæ inſtar ſcripti codicis eſt. Alterum obſervare memini in hac ipſa fabula v. 1281. ἰκίον pro ἰηΐον.

501. τοῦδ' οὕνεκα. Sic recte B. & Aug. In A. τοῦγ' εἵνεκα. Regii καὶ πολύ. In Aug. & in vett. editt. καὶ omiſſum cum metri ruina.

508. τῶν ἀνδρῶν, ἅτ' ἐποιεῖτε. Sic recte A. Vulgo ſpreta & metri & ſermonis lege ἅτ' ἂν ποιεῖτε. In B. ſaltem ad loquendi normam ἅτ' ἂν ποῆτε.

510. ἔνδον ἂν οὖσαι. Sinceram hanc editionum lectionem habet Aug. In B. particula ἂν omiſſa verſu ruente: in A. ἐνδὸν ἐοῦσαι. Poſtremum hoc non admittit plebeius Comicorum ſermo.

514. τί δέ σοι τοῦτ'; ἢδ' ὃς ἂν ὠνῇ. Vulgo ταῦτ' ἢδ' ὃς ἂν ἀνῇ.

Regius uterque τοῦτ'. A. ἦδ' ἐς ὁ ἀνήρ: alter ἦδ' ὃς ἀνήρ. Vides ex iſtis legitimam lectionem reconcinnatam fuiſſe.

515. ἀλλ' οὐκ ἂν ἐγώ. Hoc dicit quævis alia mulier. In A. præfixa perſona Μυρίνη, & ſuperſcriptum γυνή. In B. μία γυνή.

516. ὤμωξας. Sic duo Regii cum Vat. & Voſſ. Mox vocem ἔνδον in prioribus editt. omiſſam & a Kuſtero repoſitam agnoſcunt tres mei codd. Sed ἔγωγ' omittunt.

517. Hic verſus toto pede vulgo mutilus eſt, omiſſa voce δήπου, quam ſuppeditavit Regius A. Kuſteri conjectura non contentus repoſueram primo: ἀλλά τάχ' ἕτερόν τι πονηρότερον βούλευμ' —

519. Corrupte vulgo legitur hic verſus tum quoad metrum, tum quoad φράσιν:

ὃ δέ μ' εὐθὺς ὑποβλέψας ἔφασκε, κεἰ μὴ τὸν σῆμονα νήσω —

Perſanatum eum fore credidit Orvillius ad Charit. p. 506. ſi legatur φάσκεν: ſed non animadvertit abſurdum eſſe κεἰ μὴ νήσω. Nullus hic locus eſſe poteſt copulæ. Regii vocem ἔφασκε omittunt: præterea in A. ſcriptum ὑποβλέψας, εἰ μὴ τὸν σῆμονα νήσεις, quod poſtremum veriſſimum eſt: unde maximam partem optime repoſui:

ὃ δ' ἔμ' εὐθὺς ὑποβλέψας φάσκεν ἄν· Εἰ μὴ τὸν σῆμονα νήσεις.

V. ſeq. vulgo legitur ὀτοτύξεσθαι, congruenter quidem, quum præceſſiſſet νήσω: duo Regii ὀτοτύξεσθε. Utraque lectio corrupta eſt ex ὀτοτύξει τοι. Quis non ſentit quantum accedat vis & leporis huic narrationi, ſi directa referatur mariti increpatio, ad eundem modum, quo ſupra, τί βεβούλευται ὑμῖν; & τί δέ σοι ταῦτ'; & πῶς ταῦτα διαπράτεσθ'; Tamen quia φάσκειν ſine augmento non eſt ex Comici uſu, præſtat minore mutatione, transpoſitis tantum duabus vocibus, cum Valckenario ad Herodotum p. 353. legere:

ὃ δ' ἔμ' εὐθὺς ἔφασκεν ὑποβλέψας· Εἰ μὴ τὸν σῆμονα νήσεις
ὀτοτύξει τοι μακρὰ τὴν κεφαλήν.

reliqua pars meæ emendationis certiſſima eſt, fide veteris codicis nixa.

520. πόλεμος δ' ἀνδρεσσι μελήσει. Facete hæc traducta ex Hectoris ab Andromacha diſcedentis oratione Iliad. VI. verſus finem:

ἀλλ' εἰς οἶκον ἰοῦσα τὰ σαυτῆς ἔργα κόμιζε,
ἰσθί τ', ἠλακάτην τε, καὶ ἀμφιπόλοισι κέλευε
ἔργον ἐπιοίχεσθαι· ΠΟΛΕΜΟΣ Δ' ΑΝΔΡΕΣΣΙ ΜΕΛΗΣΕΙ.

quæ παρῳδεῖ infra mulier: πόλεμος δὲ γυναιξὶ μελήσει.

523. ὅτε δῆθ' ὑμῶν. Corrupte vulgo & mendosissime ὅτε δ' ἤδ' ὑμῶν. Nostrum exhibet A. & jamdudum repositum fuerat in priore Veneta, unde in alteram migravit. Falsum est quod ait Berglerus ultimam in ἤδη posse elidi.

524. μὰ Δί' οὐ δῆτ' ἔσθ' ἕτερός τις. Sic certissime metrum restitui, inserto ἔσθ', quod eleganter repetitum vim sermoni addit. Omittunt hoc verbum etiam tres mei codd. In Regiis, ut vulgo, οὐ δῆθ' ἕτερός τις. In Aug. οὐ δῆτ' ἕτερός τις, ubi tenuis consonans leve indicium dat omissi verbi. Similiter ἔσθ' omissum vulgo Av. 276.

529. σιώπα. Sic vulgo absurdissime constitutus hic locus.

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

σιώπα,
σίγ', ὦ κατάρατε.

ΠΡΟΒΟΥΛΟΣ.

σιωπῶ γώ;

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

καὶ ταῦτα καλύμματα φέρε
περὶ τὴν κεφαλήν.

ΠΡΟΒΟΥΛΟΣ.

μὴ νῦν ζώην.

ubi non metri magis quam sensus habita ratio. Proclive erat e Scholiaste reponere καὶ ταῦτα κάλυμμα φορούσῃ, quod Kustero ne quidem observatum, animadvertit Daweſius Miscell. Crit. p. 75. Præterea loquendi vices personis male divisas esse monuerunt Markland ad Eurip. Suppl. 454. & Toup Cur. Nov. in Suidam p. 82. sed neuter rem confecit. Postquam Lysistrata ira concitata dixit σιώπα, *tais-toi*, nihil insuper addere debuit: quod illi præterea tribuunt σίγα, frigidum est. Ubi duo illa verba conjunguntur, hoc primo loco semper positum videbis; σίγα, σιώπα. Tum participium φορουσῃ cum em-

phasi prolatum ob voces καὶ ταῦτα, ad expressum nomen, vel pronomen, vel personam præcedentis verbi referri debet. Tres mei codd. perspicue exhibent:

σοί γ', ὦ κατάρατε, σιωπῶ 'γώ, καὶ ταῦτα κάλυμμα φορούσῃ περὶ τὴν κεφαλήν; μὴ νῦν ζῴην.

In Regiis ante σοί γ' adscripta persona Πρω. cui omnia continuantur, ut in nostra editione. σοί γε σιωπῶ; *tibine taceam?* dictum hic, ut Ran. 1134. ἐγὼ σιωπῶ τῷδ';

539. αἴρεσθ', ὦ γυναῖκες. Sic Vulgo. Ab anapæstis transit sermo ad jambos. Qui vel pauxillum metra adtigit, statim videt illud αἴρεσθ' esse depravatum. Nihil tamen ad hunc locum belli editores Strepsiadis similes. Antiquiorem codicibus nostris labem eluam. Scholiastes textus vocem exponens ἀναχωρήσατε ait: quæ interpretatio manifeste refertur ad ἀπαίρετ'. Hesychius: ἀπαίξει, ἀναχωρεῖ. Concion. 818.

μεσῆν ἀπῆρα τὴν γνάθον χαλκῶν ἔχων.

Frequens historicis verbum tam de terrestri, quam de maritimo itinere. Hoc confidenter reposui, tam certus veram Comici manum restituisse, quam si tres codices adstipularentur. Mirabor tamen, ni mihi censor aliquis mutatæ absque auctoritate lectionis crimen intentet. At si quis,

οἴνου παρόντος, ὄξος ἠράσθη πιεῖν,

fruatur ille suo sensu.

540. χ' ἡμεῖς τι ταῖς φίλαισι συλλάβωμεν. Vulgo χ' ἡμεῖς τε perperam. Regii τι. Harum vocalium frequentissima permutatio viros etiam adtentiores aliquando fefellit, quod ipsi exemplo nostro ostendimus Thesm. 21. — συλλάβωμεν. Sic edi debuit nullo ad codices respectu, ne spondæus alienam occuparet sedem. Alibi observavi Atticum ξ librarios temere adsciviſse vel neglexisse, sine certa lege. Hic, casune an consilio, recte in Regiis scriptum συλλάβωμεν.

541. Jambicum senarium in vulgata lectione nemo agnoscat:

ἐγὼ γὰρ οὔποτε κάμοιμ' ἂν ὀρχουμένη.

Nostram lectionem exhibet Regius A.

542. οὔτε. Sic ambo Regii: vulgo οὐδέ. Tum ἴλως, quod nemo non repoſuiſſet, quia pendet ab eadem particula ἄν, qua præcedens verbum κάμοιμ', præſtat A. pro vulgato ἐλεῖ.

549. ἀνδρειοτάτων. Nec ἀνδρειοτάτη, nec ἀνδρειότατας hic ſcribendum: ſed retinenda codicum omnium lectio: ſubauditur nomen θυγατέρες. Utrumque ſubſtantivum ſuum adjectivum habet, quod multo eſt elegantius. Una fidelia duos parietes dealbavit Kuſterus ad hunc locum & ad Suidam in τήθη: ſed fallitur utrobique. Corrigendi e Comico Suidas, Athenæus, & qui eum deſcripſit Euſtathius pag. 1485. l. 49.

551. ἥνπερ ὁ — Syllaba περ producitur ob aſperitatem conſonantis ρ, quam ſequitur vocalis aſpirata, ut in illo Homeri verſu Ιλ. α'. 34:.

τοῖς ἄλλοις. ἣ γὰρ ὃγ' ὀλοῇσι φρεσὶ θύει.

Tum obſerva in Κυπρογένει primam produci, quod Daweſii canonem de poteſtate tenuis vel aſpiratæ ſequente liquida labefactat.

556. νὴ τὴν Παφίαν Αφροδίτην. Verba hæc, quæ vett. editt. Lyſiſtratæ continuant, tres codd. alii perſonæ tribuunt. In Aug. lineola mutatam perſonam indicat: in Regiis adſcriptum Προβ. Ego mulieri cuidam probabilius tribuo: ironiæ enim, quam his verbis Proviſori tributis ineſſe ait Scholiaſtes, nihil mihi ſubolet.

557. χύτραι & λάχανα hic notant non *ollas* & *olera*; ſed fora, ſeu loca ubi illa venibant. Uſitatiſſima Atticis hæc ſynecdoche. Eq. 1375.

τὰ μειράκια ταυτὶ λέγω τὰν τῷ μύρῳ.

Sic Veſp. 789. ἐν τοῖς ἰχθύσι, *in foro piſcario*. Eupolis apud Pollucem IX. 47.

περιῆλθον εἰς τὰ σκόροδα καὶ τὰ κρόμμυα,
καὶ τὸν κυβανωτὸν, κεὐθὺ τῶν ἀρωμάτων,
καὶ περὶ τὰ γέλγη.

Multa exempla congeſſit Taylor Lect. Lyſiacarum circa finem, quæ ſi conferas, facile mecum in opinionem venies hic ſcribi oportuiſſe:

νῦν μὲν γὰρ δὴ κἀν ταῖσι χύτραις κἀν τοῖς λαχάνοισιν ὁμοίως.

564. τὰς δρυπέτεις. Sic Aug. & B. quæ ſincera eſt ſcriptura. Vulgo δρυπέτεις. Vide Jo. Pierſonum ad Mœrim p. 121.

565. Vulgo legitur labefactato metro, πῶς οὖν ὑμεῖς δύνασθε παῦσαι. Emendabat Kuſterus πῶς; οὖν ὑμῖν δυνατὸν παῦσαι. Sed ulcus ſoli verbo δύνασθε ſubeſt, quod gloſſema genuini verbi locum invaſit. Scripſerat Comicus: πῶς οὖν ὑμεῖς ἔξετε παῦσαι.

574. πρῶτον μὲν ἐχρῆν. Sic tres codd. optime. Vulgo πρῶτα, ruente metro, quia in ἐχρῆν prior ſemper corripitur. Nihil magis inutile eſt quam Kuſteri emendatio reponentis πόκου.

576. ἀπολέξαι e duobus codd. a Kuſtero bene repoſitum agnoſcunt etiam bini Regii. Mendoſam priorum editt. lectionem ἀπολέσαι præfert Aug. At conſentiunt tres codd. in prava lectione præc. v. ἐπὶ κλίνης, quod in duabus Venetis reperio. Propius ad verum accedit Juntina ἐπικλίνεις, accentu tantum male poſito.

592. διὰ τὰς στρατιάς. Sic A. recte: minio ſuperſcriptum εἱ, ſive ſit interpretatio, ſive emendatio, ſive varia lectio. Aug. ut veteres editiones omnes στρατειὰς, accentu genuinæ vocis indicium dante, quod obſervavit Orvillius ad Charit. p. 540. Editiones recentiores στρατείας. Ammonius: στρατεία, ἐκλεταμένως, τὸ πρᾶγμα· στρατιὰ, συνεσταλμένως, τὸ τῶν στρατιωτῶν πλῆθος. ἐναλλάσσει δὲ πολλάκις ἐν τῇ χρήσει. Poſtremam obſervationem confirmat Photius in Lexico, Ruhnkenio laudatus ad Timæum p. 171. στρατιὰν, συστέλλοντες τὴν δευτέραν συλλαβὴν, οὐ μόνον τὸ στράτευμα λέγουσι, ἀλλὰ καὶ αὐτὴν τὴν στράτευσιν. οὕτως Ἀριστοφάνης. Parum intereſt fuerine Ariſtophanes, quem teſtem advocat, Comicus noſter, an Grammaticus. Priorem certum eſt promiſcue hoc vocabulo uſum fuiſſe. In impreſſis etiam Acharn. 251. 1143. Eq. 587. στρατιὰ legitur pro στρατεία. Sequitur καὶ ϑἠμέτερον μὲν ἐᾶτε, ut recte legit Berglerus: vulgo κἄϑ ἡμέτερον mendoſe. Articulus omnino requiritur, ut ſignificari poſſit, quod ſententia fert: *quod ad rem noſtram ſpectat, illud quidem mittite.*

593. περὶ τῶν δὲ κορῶν. Perperam vulgo τῶνδε.

394. οὔκουν κἄνδρες — id est καὶ ἄνδρες. Sic duo Regii optime. Vulgo οὔκουν γ' ἄνδρες.

595. ὁ γὰρ ἥκων μέν. Sic duæ minores editt. Batavæ, e Florentis, ut videtur, emendatione, quam ſtulte contemſit Kuſterus, qui priorum editionum mendoſam revocavit lectionem, ὁ μὲν γὰρ ἥκων. At in duobus Regiis legitur, quod nunc primum, ſerius quam oportuit, animadverto, ὁ μὲν ἥκων γάρ. Iidem v. ſeq. habent κἀν τούτου. Perperam vett. editt. contra metri & conſtructionis legem habent τοῦτο. Illud Kuſterus e Batavis adſumſit, quas etiam in præc. verſus lectione ſequi debebat.

598. ἀλλ' ὅσις ἔτι σῖῦσαι — Regulare eſt ſyſtema anapæſticum a v. 484. usque ad 607. quod rite clauditur dimetris, quorum ultimus parœmiacus eſt præcedente baſi. Hoc nulli editorum ſuboluiſſe videtur, qui tot verſus, quorum ſoluta metra, ſilentio præterierunt. Hic mendoſe vulgo legitur ὅσις ἐστὶ —

599. In Regiis perſona huic verſui præfixa Lyſiſtratæ, non, ut vulgo, alius mulieris. Habent autem illi etiam τί μαθών. Sed legendum eſt omnino τί παθών. Ut Nub. 402. Pace 701. Bene monentibus Florenti & Scaligero obſequi debueram. Frequentiſſima eſt Luciano formula illa τί παθών, cujus idiotiſmum explicatum videbis in nota ad Vigerum p. 230.

600. Vulgo legitur abſque ullo ſenſu, χωρίον ἐστὶ· σορὸν ὠνήσει. Ad metrum ſaltem oportuiſſet ἐστίν. Repoſui e mera conjectura; nam nihil hîc juvant codd. καίριος ἐσσί γε. Nemo autem ad poëticam formam offendat; & credat ejusmodi verba Atticam ſcenam reſpuiſſe. En fidejuſſorem Euripidem, Helena 1250.

πιστὴ γὰρ ἐσσὶ σῷ πόσει, φεύγουσά με.

Editiones Venetæ habent καίριόν ἐστι: neſcio unde: ſed propius ad mea[illegible]tionem. Confer quæ notavi ad Eurip. Or. 446.

[illegible]ιτοῦτλαν. Vulgo ἀμέτρως & barbare μελιτοῦσαν. Fro[illegible]voce librariorum lapſus. Forma contracta eſt ex μελι[illegible]οῦτλα ex οἰνόεσσα. Poſtremum hoc unicum eſt iſtius

generis quod in vulgatis libris emendate excuſum ſit, Pl. 1121. Vide ad Nubes 507. & Aves 567.

603. 4. Hi verſus, qui in vulgatis eidem ac ſuperiores tribuuntur perſonæ, ſinguli ſingulis mulieribus tributi in Regiis, quod actionem ſcenæ & vividiorem & lepidiorem reddit. In altero τουτονὶ perperam vulgo, labante verſu, legitur.

605. τί σε δεῖ; τί ποθεῖς; χώρει εἰς ναῦν. Hic verſus in duas lineas; non enim adeo ineptus ſum, ut verſus eas appellem; vulgo diſcerptus eſt ad hunc modum:

τοῦ δέει; τί ποθεῖς;
χώρει εἰς τὴν ναῦν.

Teterrimam labem codicibus meis antiquiorem, qui nihil variant, niſi quod pro δέει A. habet δέῃ, ſuſtuli, reconcinnato anapæſtico dimetro. Scriptum fuit olim τί σε δεῖ, cujus in locum gloſſema ſe intruſit τοῦ δέει. Verbum δεῖ cum accuſativo perſonæ conſtruitur, qua de re videndus Valckenarius ad Hippolytum 23. quem præſtantiſſimum virum agniturum arbitror hac loquendi forma non abſtinuiſſe Ariſtophanem. Dubitationi locus eſſet, ſi unicum hoc ex mea emendatione proferretur exemplum. Sed en alterum: Conc. 298.

ὡς ἂν χειροτονῶμεν
ἅπαντ', ὁπόσ' ἂν δέῃ τὰς ἡμετέρας φίλας.

Exemplis ex Euripide enotatis addantur iſta: Herc. Fur. 1173.

ἦλθον, εἴ τι δεῖ, γέρον,
ἢ χειρὸς ὑμᾶς τῆς ἐμῆς, ἢ ξυμμάχων.

Ion. 1028.

ὦ φιλτάτη παῖ, πάντ' ἔχεις, ὅσων σε δεῖ.

611. ὅτι οὐχί. Sic bene Aug. Obſerves velim apud Ariſtophanem ι nuſpiam elidi in ὅτι, non magis quam in περί. Nub. 1223.

ὅτι ἐς δὺ' εἶπεν ἡμέρας. τοῦ χρήματος;

non ὅτ' ἐς, quod ambiguum fuiſſet, quum poſſet accipi pro ὅτε ἐς. Theſm. 275.

μέμνησο τοίνυν ταῦθ', ὅτι ἡ Φρὴν ὤμοσεν.

non ὅθ' ἡ — Ad eundem modum ſcribo adſtipulantibus codicibus,

Ran. 922. ὅτι αὐτὸν ἐξελέγχω. 1386. ὅτι εἰσέθηκε. Eq. 101. ὅτι ἐνε ἐλήφθην. Acharn. 516. ὅτι οὐχὶ τὴν πόλιν λέγω. Et ſic in omnibus locis, ubi vulgo facta eliſio.

612. Legitur vulgo: ἀλλ' ἐς τρίτην γοῦν ἡμέραν πρωὶ πάνυ. Mendoſiſſime. πρωὶ diſſyllabum non agnoſcit Atticus ſermo, nec ſemel quidem apud Comicum occurrit, qui etiamſi eo uſus fuiſſet, neutiquam tamen ultimam produxiſſet. Excidit pronomen ad ſenſum maxime neceſſarium, quod e Regiis codd. repono:

ἀλλ' ἐς τρίτην γοῦν ἡμέραν σοι πρῲ πάνυ.

Tres codd. γοῦν una voce exhibent. De Attico πρῲ vide doctiſſimum Ruhnkenium ad Timæum p. 160. & quæ notavi paucula ad Æſch. Prom. 702. ubi dubium non eſt, quin reponendum ſit πρῲ γε σὺ πάζεις. In A. emendate ſcriptum ΠΡΣ, ι ductu minore ad latus poſito. In B. mendoſe πνωὶ pro πρωὶ, quomodo ſcribere ſolebant imperiti librarii, tametſi metri ſcanſio monoſyllabum requireret. Et ea eſt ratio, cur in Platonis codd. ſemper πρωὶ occurrat, licet certum ſit illum pro dialecti ſuæ more adverbium hoc ſemper una ſyllaba extuliſſe. Vera hujus vocabuli, ut & aliorum multorum pronuntiatio e ſolis poëtis cognoſci poteſt, ad quorum normam eorumdem vocabulorum ſcriptura in metro ſolutis auctoribus reformanda eſt, quod meminiſſe velim futurum Platonis editorem.

613. Vulgo legitur: ἥξει παρ' ἡμῶν τὰ τρίτ' ἐσκευασμένα: mendoſe, quia τὰ ante literas τρ male & contra artem producitur. Regius uterque recte ἐπεσκευασμένα. Vide notam ad v. 408.

615. Vulgo legitur: ἀλλ' ἐπακτοδυώμεθ', ἄνθρωποι, τουτωὶ τῷ πράγματι. Iſtud ἄνθρωποι metri ratio faceſſere jubet, quod alias per ſe ineptiſſimum eſt. Duo Regii dant ἄνδρες, quod etiam ſine codd. proclive erat reponere.

616. ἤδη γὰρ ὄζειν γε ταδὶ μειζόνων καὶ πλειόνων. Sic Regii ambo, niſi quod A. ὄζει habet: alter vero γε omittit. Vulgo ἤδη γὰρ ὄζειν ταδὶ πλειόνων καὶ μειζόνων. Harum lectionum neutra ſana eſt, ſcribendum:

ἤδη γὰρ ὄζειν πλείονων καὶ μειζόνων
πραγμάτων ταδὶ δοκεῖ μοι.

Prior verſus ſenarius eſt jambicus: alter dimeter trochaicus. Sic olim emendaveram & ſcripſeram in priore meo apographo, quod, tametſi retinendum erat, ſtolida neſcio qua veterum librorum reverentia præpeditus in textu non repoſui, & nunc manifeſto video fuiſſe reponendum.

619. Hic verſus & tres ſequentes dimetri ſunt pæonici.

625. τόν τε μισθὸν ἔνθεν ἕξων. Cave credas caſu aut typothetæ negligentia omiſſam fuiſſe vocem ἐγὼ, quam in fine hujus verſus addunt editiones omnes, agnoſcuntque codd. A mala manu eſt, ex inutili & inepta gloſſa orta. Verſus hic dimeter eſt trochaicus, ut præcedens.

628, πρὸς hic adverbii vicem fungitur, nec conſtruitur cum ἡμᾶς: idem eſt ac προσέτι. Ordo eſt: καὶ πρὸς διαβάτειν ἡμᾶς ἀνδράσιν Λακωνικοῖς: *& inſuper.* Sic in Æſch. Prom. 937.

ἅπερ τελεῖται, πρὸς δ', ἃ βούλομαι, λέγω.

confer Ran. 415. 611. Eq. 578.

632. Alludit ad notiſſimum ſcolion, quod in minore noſtra Anacreontis editione legitur p. 83. τοῦ μύρτου, eo ſenſu quo uſurpat hoc nomen infra 1004. Lacedæmonius Caduceator, haud equidem ſum oſor. Nolim tamen eos interpretes imitari, qui, ubicunque occurrit vox aliqua apud Comicum, quæ ad obſcenum ſenſum detorqueri queat, illico aiunt eo poëtam reſpexiſſe. Scio illum perquam libenter in ambiguitate vocum ludere, qui fons eſt ei jocorum faceti ſſimorum: ſed nihil inde haurit niſi lepidum & ingeniosum. Quod autem poſt Florentem commentus eſt Berglerus, id ſane inſulſum eſt.

641. γεγῶσ', non, ut vulgo, γεγῶτα, habent duo Regii, & recte quidem. Verſus hic dimeter eſt pæonicus, ut & tres ſequentes & v. 639.

642. ἠβηφόρουν. Sic emendate Aug. & A. Perperam vulgo ἠβωφόρουν. Vide Meurſium Gr. Fer. in Ἀβηφόρια.

quas ſatis confirmant veteres libri a me primum inſpecti. Sed antequam ſic ſuffultæ eſſent, dixiſſet Biſeto, aut ei qui prudenter doctam ingenioſamque Daweſii recepiſſet emendationem infrunitus aliquis cenſor: *Heus tu, cur receptam lectionem e conjectura mutas? Quiane probabile tibi videtur, id quod reponis? Sed alius de eo ſecus judicabit, ſuamque conjecturam* INFERCIET, *quam rurſum alius non flocci faciet præ eo quod ipſe commentus fuerit: eoque tandem res adducetur, ut tot diverſi textus exſtituri ſint, quot fuerint editores, utque veteres poëtæ, ſi reviviſcant, ſuamet ipſorum ſcripta in libris noſtris non ſint agnituri.* Sed, ὦ bone, ut paratragœdias! Non agnoſcet Euripides ſua dramata, ob triginta circiter in ſingulis voces emendatius ſcriptas, quam in codice quo uſus eſt Aldus? Næ ille ſi reviviſceret, miraretur tot ea maculis a librariorum ſtupore conſperſa fuiſſe, gratiasque haberet doctis viris, qui vel omnes, vel pluriſmas abſterſiſſent. Tu vero eam rationem, qui fraudi vertere potes, quum, emendato textu, portenta priorum editionum, quibus adeo delectaris, in notis fideliter & accurate repræſentata reperias? Si autem aliquis tam hebeti palato eſt, ut ſaporem optimæ lectionis, ſententiæ ex omni parte convenientis, & ad loquendi normam exactæ, non probet, aliudque ſive ingenioli oſtentandi cupidine, ſive obloquendi ſtudio conquirat, is ludibrium debebit & exſibilabitur, quo modo Kuſterum ad hunc locum excipi par eſt, qui eleganti Biſeti emendationi frigidam prætulit & ταυτολόγον Florentis conjecturam Κωπαΐτιν. Nec unicus hic locus eſt ubi Kuſteri judicium deſideres. Vide Theſm. 128.

704. κοὐχὶ μὴ παύσεσθε. Sic ad rectam loquendi normam ſcribi debuit, quod certis argumentis adſtruxit Daweſius Miſc. Crit. p. 222. vulgo παύσεσθε. Quam proclivis fuerit in commutandis modis librariorum lapſus, præſertim ignorantium quidnam intereſſet, illene an alter cum negativis particulis οὐ μὴ adhiberetur, nemo non videt; & proinde quid amplectendum ſit ex perſpecta linguæ indole potius quam e ſcriptis libris decernendum eſt. Hi tamen, quo ſunt antiquiores & emendatiores, eo minus hac in parte peccant, quod ſa-

pius aliis in Comici locis offendam. Nunc Tragicorum quaedam loca proferre juvat quae certissimam hanc graeci sermonis regulam confirmant. Sophocles Electra 42.

οὐ γὰρ τί μὴ γῆρᾳ τι καὶ χρόνῳ μακρῷ
γνῶ', ἀλλ' ὑπεπίστωσα σὸν πάντ' ἐκμαθοῦσα.

Vides ibi γνῶ aor. 2. subj. & ὑπεπίστωσα futurum indic. in eadem phrasi conjungi cum οὐ μὴ. Qui Parisiensibus librorum institoribus nuper operam suam addixit, ut ante triginta circiter annos excusō Sophocli praefationem, notas, metrica scholia adderet, ne fru corrumperetur, sumtusque nunquam exsarciret suos, ad illum Tragici locum sic commentatur. *Cl. Brunck ex Cl. Dawes legibus edidit* ὑπεπίστωσα. *conf. not. in Ajac. v.* 561. Temperare mihi nequeo, quin cum illo homine pauca verba commutem. »Dic mihi, amabo, » CLARISSIME PROFESSOR, undenam reciviſti me ὑπεπίστωσα » edidiſſe *ex Daweſii legibus?* Ignorabas utique quid me permoviſſet » ad eam lectionem amplectendam. Quanto tibi tutius erat mei non » meminiſſe, quam meas rationes temere ſic hariolari! Scias velim » in quatuor codicibus melioris notae ὑπεπίστωσα a me fuiſſe reper» tum, quorum ſcriptura leges illas Daweſianas, quas tu ne qui» dem intelligis, confirmat. In Ajace v. 560.

» οὔ τοι σ' Ἀχαιῶν, εἰδέναι, μή τις ὑφίστοι.

» Sic in uno cod. perſpicue ſcriptum reperi: in alio, ὑφίσῃ, ſuper» poſita ultimae literae diphthongo ι: in utroque vetus gloſſa ἀντι» μάσει, quae manifeſto ad ὑφίστοι refertur, non autem ad ὑφίσῃ. » Age jam videamus, quid ad eum locum, quo nos amandas, nu» geris. *Etiam in his aoriſtum primum ſubjunctivum locum habere* » *vetat Cl. Dawes Miſcell. Crit. p.* 222. *& probat Cl. Brunck. Sed* » *exceptionem nullam aoriſto paſſivo concedit. Non meminerat ſcili*» *cet in Oedipo Tyr.* οὐ μὴ διερηθῇς. *v.* 790. *nec in Æſchyl. Sept.* » [illegible] μὴ ληφθῶ δόλῳ. *v.* 38. *De verſu autem Trachin.* [illegible]ήσῃς, *ubi Cl. vir legere jubet* οὐ μὴ ἐκτρεπῇς. *Vide* [illegible]*cum.* Nondum nos docuiſti particulas οὐ μὴ, qua le[illegible]tione cum aor. 1. ſubj. vocis activae conſtruantur;

»nec argumenta Daweſii adtigiſti, nedum ea convelleris. Sed quid »tibi vis cum tua exceptione aor. ſubj. vocis paſſivæ? Nonne illud »eſt, quod modo aiebam, te Daweſianas leges ne quidem intelli»gere? Nam ille in egregia illa obſervatione ad Nub. 366. de voce »paſſiva ne verbum quidem facit. Sed paulo infra, ſcilicet p. 229. »ubi de particularum ὅπως μὴ, quarum eadem eſt ratio, conſtructione »agit, hæc habet: *IDEM DICTUM PUTA DE ALTERO. VOCULA»RUM PARI* OT MH. Et mox: *Legitime quidem conſtruitur vo»cula* ὅπως, *altera* μὴ *vel comite vel abſente, cum aoriſto ſecundo »formæ vel activæ vel mediæ, UTI ET CUM AORISTO PRIMO »PASSIVÆ.* Poſtrema hæc tam de οὐ μὴ, quam de ὅπως μὴ ex »Daweſii ſententia intelligenda eſſe adeo manifeſtum eſt, ut Th. »Burgeſs, qui ſumma cum laude Daweſiani operis novam editio»nem adornavit, binas obſervationes in indice conjunxerit his verbis: »OT MH *non niſi cum futuro indicativi vel cum aoriſto altero ſub»junctivi activæ, vel AORISTO PRIMO PASSIVÆ VOCIS conſtrui»tur.* Vide jam quam bene Daweſium reprehenderis. Qui autem »vir acutiſſimus & græce doctiſſimus negaſſet particulas οὐ μὴ cum »aor. 1. ſubj. formæ paſſivæ conſtrui, quod tu illi adfingis? Sane »illæ cum verbis omnibus paſſivis conſtrui debent, quorum tamen »multa aoriſto ſecundo prorſus carent: neceſſe eſt ergo, ut pri»mum adſciſcant. Denique videamus an in nota ad Trachin. quo »nos rurſus ablegas, meliora ſis nos edocturus. Ibi v. 980. medio »in ſyſtemate anapæſtico leguntur hi verſus:

» οὐ μὴ ἐγείρῃς τὸν ὕπνῳ κάτοχον,
» κἀκκινήσῃς, κἀναστήσῃς.

»Prioris verſiculi corruptum metrum manifeſto oſtendit vitioſam »eſſe lectionem. Sciunt pueri qui nondum ære lavantur, « & » per»petuo a librariis commutata fuiſſe. Tu vero, ut Daweſio obloqua»ris, potius quam facillimam probes emendationem,

» οὐ μὴ ἐγερεῖς τὸν ὕπνῳ κάτοχον,
» κἀκκινήσεις, κἀναστήσεις.

»nobis tuum ſomnium narras, μὴ ἐγείρῃς, quod a veteri lectione

„ longius abeſt, nervosque abſcidit verbo, demta præpoſitione mi-„ nime hic vacante. Emendationem illam recipiet dehinc quisquis „ erit ſana mente Sophoclis editor: &, crede mihi, lex Daweſii „ vigebit, quamdiu non ab alio, quam a te, impugnabitur.„

Ut autem ſemel hac obſervatione defungar, mihique in poſterum nihil aliud opus ſit dicto, ſi codd. lectiones adnotavero regulam firmantes, locum ſolutæ orationis ſcriptoris proponam, in quo duo itidem modi conjuncti, ut in primo e Sophocle exemplo, qui itidem male vulgo conſtitutus eſt, quemque itidem e veteri libro emendabo. Initium eſt fragmenti DIOTOGENIS PYTHAGORÆI apud Stobæum p. 251. quod ſic legendum eſt: Τὼς δὲ νόμως οὐκ ἐν οἰκήμασι καὶ θυρώμασιν ἐστῆμεν δεῖ, ἀλλ' ἐν τοῖς ἤθεσι τῶν πολιτευμένων. τίς ὢν ἀρχὰ πολιτείας ἀπάσας; νέων τροφά. ΟΥ γὰρ ΜΗ πόκα τὸν καρπὸν ἐνασίφορον ἀμπέλοι ΓΕΝΝΑΣΟΝΤΙ, μὴ φυτοτροφεῖσαι καλῶς, ΟΥΔ' ἵπποι ΜΗ πόκα ΓΕΝΩΝΤΑΙ καλοὶ, πωλοτροφίαν παρέντες. Latini etiam ſcriptores duplici negatione more Græcorum utuntur. Plautus Epid. V. 1. 57.

neque ille haud objiciet mihi
pedibus ſeſe provocatum. — Bacch. IV. 9. 114.
Neque ego haud committam, ut ſi quid peccatum ſiet,
feciſſe dicas de mea ſententia.

Terentius Andr. I. 2. v. ult.

Ne temere facias. Neque tu haud dices tibi non prædictum. Cave.

705. τοῦ σκέλους ὑμᾶς λαβών τις. Sic recte ad metri legem edidit Kuſterus, nec alio ordine collocatæ ſunt voces in duobus Regiis. Ante Kuſterum prorſus ἀμέτρως legebatur τοῦ σκέλους λαβὼν ὑμᾶς τις, quod tamen revocavit Berglerus, homo vaniſſimus, qui in edendo Ariſtophane nulli rei magis ſtuduiſſe videtur, quam ut a Kuſtero deſciſceret.

713. Sumtus hic verſus ex Æſchylo Prom. 197.

ἀλγεινὰ μέν μοι καὶ λέγειν ἐστὶν τάδε,
ἄλγος δὲ σιγᾶν· πανταχῇ δὲ δύσποτμα.

720. διαλέγουσιν. Bergleri verſionem retinui *pertundentem*. Fu-

quam nobis fecit Scholiaſtes exponens διορύτ[τ]ουσαν, detorto in obſcenum ſenſum hoc verbo. Quam bene hæc conveniant, non video. Longe melius Heſychius: διαλέγειν, ἀνακαθαίρειν. Verti debuit, *foramen repurgantem.*

721. Πανὸς αὔλιον. Panis antrum ſubter rupes, quæ *Macræ* dicebantur, ad latus arcis ſeptentrionale. In eo compreſſa Creüſa ab Apolline, ibidem poſt exactos menſes Ionem peperit. In cognomine Euripidis dramate Creüſæ arcana ſua revelanti, v. 946.

οἶσθα Κεκροπίας πέτρας,
πρόσβολον ἄντρων, ἃς Μακρὰς κεκλήκαμεν;

reſpondet ſenex patris illius olim pædagogus:

οἶδ', ἔνθα Πανὸς ἄδυτα, καὶ βωμοὶ πέλας.

Ibid. v. 11.

ἔνθα προσβόλους πέτρας
Παλλάδος ὑπ' ὄχθῳ τῆς Ἀθηναίων χθονὸς
Μακρὰς καλοῦσι γῆς ἄνακτες Ἀτθίδος.

Vide Meurſium Ath. Att. II. 6. ubi tamen Panis non meminit, cui ſacrum fuit hoc antrum.

730. κατακαπ[τ]όμενα. Sic legit auctor Etymol. M. in σεὺς p. 709. extrema, ubi κατακκμπ[τ]όμενος male editum pro κατακαπ[τ]όμενα. Lectionem hanc, viro docto, cujus non recordor, probatam, prætuli vulgatæ κατακοπ[τ]όμενα, quam nunc meliorem eſſe agnoſco, & reponi velim. Vide Scaligeri notam ad Plauti Moſtell. III. 2. 140. Bene verteretur, *quam tineæ ſecant:* vel, *quam cædunt tineæ.* Thomas M. σέες Ἀττικοὶ, καὶ σέας, ἀπὸ τῆς σεὺς ἀχρήστου εὐθείας, ὥσπερ καὶ υἱέας, ἀπὸ τῆς υἱεύς — σῆτες δὲ καὶ σῆτας, ἑλληνικὸν, ἀπὸ τοῦ σῆς σητός. Obſervationem confirmat ex Luciano adv. indoctum libros multos ementem, ubi legitur T. III. p. 99. ἢ πόθεν γάρ σοι διαγνῶναι δυνατὸν, τίνα μὲν παλαιὰ καὶ πολλοῦ ἄξια, τίνα δὲ φαῦλα καὶ ἄλως σαπρὰ, εἰ μὴ τῷ διαβεβρῶσθαι καὶ ΚΑΤΑΚΕΚΟΦΘΑΙ αὐτὰ τεκμαίρεσθαι, καὶ συμβούλους τοὺς ΣΕΑΣ ἐπὶ τὴν ἐξέτασιν παραλαμβάνοις. Hinc apparet codd. lectionem κατακοπ[τ]όμενα locum ſuum optime tueri.

732. διαπιτάσας — Mendam editionis Juntinæ διαπιτάφας

Schol. ἐλαγοθήρα. Sed cum Atticiſmi, tum metri ratio flagitat id quod repoſuimus, ἐλαγωθήρα.

792. κοὐκέτι κατῆλθ' αὖκαδ' ὑπὸ μίσους. Sic omnino legendum, ut hic verſiculus pari ſuo congruat,

μενος κάκ' ἀνδράσιν πονηροῖς.

Eſt uterque dimeter jambicus hypercatal. Vulgo legitur κοὐκέτι κατῆλθεν πάλιν αὖκαδ' ὑπὸ μίσους. Adverbio πάλιν ſententiam fruſtra onerari nemo non videt.

795. ἡμεῖς δ' — Sic Regii: vulgo ἡμεῖς τ' —

798. κρόμμυόν τ' ἀρ' — id eſt τοι ἄρα. Sic optime duo Regii. Vulgo γάρ, quod male ſcriptum conjunctim pro γ' ἄρ'. Hoc autem antea depravatum fuerat ex τ' ἄρ'.

809. ἀβάτοισιν ἐν σκώλοισι. Vulgo ἀβάτοισιν ἐνσκώλοισι. In A. ἐσκώλοισι. Vide Toupium Cur. Nov. in Suidam p. 122.

812. ἐριούων cum unico ν ſcriptum in B. Vide quæ notavi ad Æſchyli S. Th. 490.

816. Voculam κάκ' metro neceſſariam inſerui, quam codices non agnoſcunt.

819. Poſt hunc verſum lacuna eſt in utroque Regio usque ad v. 890. qui in A. poſt v. 819. continuatur: in B. vacuum relictum ſpatium quatuor circiter plagularum.

824. Suidas; σάκανδρος, τὸ γυναικεῖον αἰδοῖον. Derivatur a σάκος, *barbam* ſignificante. Vide Conc. 502.

831. ἄνδρ', ἄνδρ' ὁρῶ. Claudicat in vulgatis verſus, ſemel tantum poſita vocula ἄνδρ'. Emendandi viam, quam aliquoties ingreſſus ſum, ſtravit Orvillius ad Charit. p. 200. ubi memoriæ lapſu ſuppleti hujus verſus laudem Kuſtero tribuit, quam ſibi vindicat Florens.

835. Cereris Χλόης dictæ templum erat in urbe prope arcem. Vide Meurſium Gr. Fer. in Χλόεια.

836. Lyſiſtratæ hic verſus abſurde continuatur in vulgatis libris, in quibus totius hujus lepidiſſimi colloquii ita confuſæ & perturbatæ ſunt perſonæ, ut vix ſe quis eo extricare & actionem ſcenæ mente concipere queat. In Aug. lineola mutatæ perſonæ index huic verſui

præfixa: quæ vero initio ſeq. v. præfigi debuit, male omiſſa: at rurſus poſita eſt ante νὴ Δία. Melius in cod. ὦ νὴ Δί' — ut infra 857. ὦ πρὸς τῶν θεῶν.

843. παφαμένουτά γ' ἐνθαδί. Perperam vulge παφαμένουσ' ἐνθαδί, deficiente ad integritatem verſus ſyllaba.

851. Vulgo legitur: ἰδού, καλέσω 'γὼ τὴν Μυῤῥίνην σοι. σὺ δὲ τίς εἶ; metro corrupto. Diverſa, ſed non melior, cod. lectio: ἰδού, καλέσω τὴν Μυῤῥίνην νῦν σοι. σὺ δὲ τίς εἶ; Hinc expuncto νῦν, illinc 'γὼ, conſtant numeri. Supereſt adhuc ſuſpicio de forma minus Attica καλέσω, quam librario imputo. Scripſerat, ni fallor, Comicus:

ἰδού, καλῶ τὴν Μυῤῥίνην σοι; σὺ δὲ τίς εἶ;

Et ſic infra 864. rurſus καλῶ reſcribi velim. Vide ad Ran. 298.

855. ἡ γυνή σ' ἔχει διὰ σῖόμα. Non hoc tam inſolenter dictum, quam rebatur Biſetus. In Æſch. S. Theb. 51. οἰκίας δ' οὔ τις ἦν διὰ σῖόμα.

862. Vulgo legitur, metro peſſundato, ἔγωγε νὴ τὸν Δί', ἢν βούλῃ γε σύ. Nec aliter cod. niſi quod Δία plene habet ſine eliſione, verſu non melius ideo fluente. Nihil interpretes ad hunc verſum, quem ego non male reſtituiſſe mihi videor. V. ſeq. τοῦτο, δεικλικῶς, ſcilicet rigentem nervum.

866. αὐτὴ 'ξῆλθεν. Male cod. ut vett. editt. αὐτὴ ξυνῆλθεν. Florentis conjecturam, ſeu potius certam emendationem prudenter receperunt editores. Vide notam ad v. 702.

873. οὐκ in fine verſus ſcribendum, ſequente verſu a vocali incipiente. Sic bene vulgo Ran. 68.

κουδείς γέ μ' ἂν πείσειεν ἀνθρώπων τὸ μὴ οὐκ
ἐλθεῖν ἐπ' ἐκεῖνον.

878. Mœris: Μάμμην, καὶ μαμμίαν, τὴν μητέρα, Ατλικοὶ· Ελληνες τὴν μάμμην. Ad quem locum videndi interpretes.

884. τί γὰρ πάθω; Perperam vulgo verba hæc Cineſiæ tribuuntur, quæ mulieri continuanda. Formulam illuſtravit Valckenarius ad Eurip. Phœn. p. 335. Ea utitur Noſter Conc. 860. Nub. 798. Av. 1432. Librarii error in perſonarum diſtinctione alium peperit

errorem: ut enim poſtrema hæc verba cum ſequentibus connecteret, particulam γὰρ poſuit, pro ea quam adhibere debuit poëta, quamque repoſui: ἐμοὶ μὲν αὐτὴ —

887. βρενθύεται. De hoc verbo vide Hemſterhuſium ad Lucianum p. 367.

891. Male vulgo huic verſui præfixa eſt perſona Lyſiſtratæ, quæ poſtquam v. 864. Myrrhinam evocatura intro abiit, non amplius prodit in ſcenam. Hoc quidem vidit Berglerus; ſed male conſtituta verba inſulſe vertit. γυναικὶ ſine ν in fine exhibent duo Regii: tum habent κἀμέ τ' ἄχθεσθαι ποιεῖς, αὐτὴ τε λυπεῖ, ſenſu perſpicuo & optimo. In Aug. ut in vett. editt. eſt etiam κἀμέ τ': ſed in cod. poſt ποιεῖς non diſtinctum, nec initiò ſeq. verſus ante αὐτὴ ducta lineola mutatæ perſonæ index. At vulgo, quum duo præcedentes verſus Lyſiſtratæ, dudum e ſcena egreſſæ, tributi fuerint iſta lectione, χ' ἁτέρᾳς πείθει γυναιξὶν, κἄμ' ἔτ' ἄχθεσθαι ποιεῖς; initium verſus 893. ſeu verba αὐτη με λυπεῖ Cineſiæ tribuuntur. Abſurda autem iſta ſic reddidit Berglerus: CINESIAS. *Cur, ô improba, hæc incipis, aliisque pares mulieribus, & me anxium facis? hæc me contriſtat.* Quænam eſt illa, quæ pronomine *hæc* demonſtratur? λυπεῖ eſt 2. perſ. paſſiva, quam pro 3. activa accepit. Facile ſagacior quispiam inſpecta veteri editione mendam deprehendiſſet, quæ tota eſt in με pro τε poſito, quod poſtremum hic requiri ſatis indicat prius τε præcedentis verſus, cui alterum reddi debebat: καὶ ποιεῖς ἐμέ TE ἄχθεσθαι, αὐτὴ TE λυπῇ.

895. χεῖρον διατιθεῖς. In Juntina διατιθεῖσ', tanquam ſi participium eſſet διατιθεῖσα. Adſueti non erant ſequioris ævi librarii veteri formæ verbi τιθέω, quæ nullibi fere occurrit, quin aliquo in codice depravata reperiatur. Equit. 717.

μασώμενος γὰρ, τῷ μὲν ὀλίγον ἐντιθεῖς.

Ibi codicum optimus habet ἐντίθης, forma qua pueri verbum hoc conjugare docentur. In Eurip. Ione 747. & 1540.

ἔπου νυν· ἴχνος δ' ἐκφύλασσ' ὅπου τιθεῖς —
ἔπειτα τῷ θεῷ προσλιθεῖς τὴν αἰτίαν —

Duorum Regg. codd. alter habet τιθεὶς & προσθεὶς, tanquam ſi participia eſſent. In Soph. Phil. recte aliquando excuderetur v. 992.

ὦ μῖσος, οἷα κἀξανευρίσκεις λέγειν·
θεοὺς προτείνων, τοὺς θεοὺς ψευδεῖς τιθεῖς.

Confer vulgatam lectionem in Johnſoni editionibus ſive Britannis, ſive nupera Pariſina v. 1017.

901. Poſt hunc verſum is, qui ſequi debebat, omiſſus fuit in omnibus editionibus, magno cum ſententiæ & venuſtatis diſpendio. Cauſam omiſſionis manifeſtam vides. Duobus continuis verſibus in eadem verba τοιγὰρ ἂν δοκῇ deſinentibus, a ſuperiore ad inferiorem deflexit librarii oculus, alioqui non animadvertentis abſurde Cineſiæ tribui iſta, κἄγωγ' ἄπειμ' ἐκεῖσε. Verſum qui deſiderabatur, perſonis recte diſtinctis, exhibent tres codd. ſolus quidem B. in contextus ſerie, duo reliqui in margine ab eadem manu.

906. ὦ Μύρρινον. Sic optime Regii. Vulgo jugulato metro, ὦ Μυρρίνιον. Diminutivum Μύρριον deductum a nomine primitivo μύρρα, unde Μυρρίνη. Hoc certum, & longe præſtat Orvillii commento Μυρσῖον, quem vide ad Charit. p. 239.

910. κατακλινεῖ in futuro: ſic Regii. Vulgo κατακλίνει.

911. ὅπου τὸ τοῦ Πανὸς, καλόν. Supra 721. ἦ τοῦ Πανός ἐσθ' ταὖλιον. Conc. 321.

ἦ πανταχοῦ τοι νυκλὸς ἐσθ' ἐν καλῷ.

Theſm. 292.

ποῦ, ποῦ καθίζωμ' ἐν καλῷ, τῶν ῥητόρων
ὧν ἐξακούω;

Hic καλόν ἐσθι, vel καλὸν ἂν εἴη, diverſa loquendi forma idem valet, ac illis in locis ἐν καλῷ εἶναι. Ceterum duo Regii bene habent τὸ τοῦ Πανὸς, quod e ſuis repoſuit Kuſterus. In Aug. ut in Juntina, ὅπου τοῦτο Πανός.

912. καὶ πῶς ἔθ' ἁγνὴ δῆτ' ἂν ἔλθοιμ' ἐς πόλιν; Sic ad linguæ normam legendum. Male vulgo duæ voces coaluerunt ἀνέλθοιμ' — Πῶς cum optativo non conſtruitur, niſi comite particula ἄν. Vide Daweſii Miſc. Crit. p. 207.

913. Clepſydra fons erat Athenis ex arce fluens. Vide Heſychium in κλεψύδρυτον ὕδωρ.

919. ἤ τοι γυνή. Sic Regii: vulgo ἡ δὴ γυνή. Male iidem φιλεῖν pro φιλεῖ. In A. φιλεῖ primo ſcriptum fuit: poſtea ſuperſcriptum ν.

921. καί τοι, τὸ δεῖνα, ψιλαθὲς ἐστ' ἐξοιστέα. Voces τὸ δεῖνα cum ceteris partibus ſermonis non conſtruuntur, quod diſtinctione indicavi. Eſt ἐπιφώνημα, ſeu interjectio affectum animi ſignificans, ſive mirantis, ſive dolentis, ſive indignantis, nec alio verbo melius reddi poteſt, quam Comicis Latinis frequentiſſimo *Perii*. Plaut. Truc. III. 2. 21.

Perii! rabonem? quam eſſe dicam hanc beluam?

Terent. Eun. II. 3. 69.

Perii! nunquamne etiam me illam vidiſſe?

Vide aliud exemplum ſupra ad v. 202. Alibi, ut Pace 268. alia Comicis Latinis non minus frequenti interjectione uſus ſum, *Malum*. Quid ſibi vellet iſtud τὸ δεῖνα non intellexerunt interpretes. Verti equidem: *At, perii! teges efferenda eſt*. Berglerus vero inſulſe: *ſed illud erat efferendum, teges inquam*. Et ubicunque recurrit illud ἐπιφώνημα, eadem elegantia & perſpicuitate vim ejus exprimit. In Acharn. 1149. τὸ δεῖνα aliud quid ſignificat; nempe κατ' εὐφημισμὸν, ut ait Scholiaſtes, τὸ αἰδοῖον. Scilicet idem olim quod hodie contigit, ut proletarius ſermo animi affectus quosdam ſignificaret vocabulis e re Venerea ſumtis. Italorum etiam politiſſimi vocem *cazzo*, qua primaria ſua ſignificatione non utuntur, niſi indecore εὐθυῤῥημονοῦντες, frequenter pro interjectione adhibent, plane idem ſignificante quod Comici τὸ δεῖνα, & Latinorum *Perii*. Noſtrûm autem quis ſibi in tota vita adeo temperavit, ut illi nunquam exciderit

ce mot des Français révéré,
mot énergique, au plaiſir conſacré,
mot que ſouvent le profane vulgaire
indignement prononce en ſa colere?

923. αἰσχρὸν γὰρ ἐπ' ἐπιτόνου γε. Sic recte edidit Zanetus, & legitur etiam in poſteriori Venera: in aliis γὰρ ἐπὶ τόνου. In A.

conjunctim ἐπιτένου, ut legit etiam Scholiaſtes, qui nugatur ellipſim hîc eſſe ſtatuens præpoſitionis ἐπὶ, quam olim ſcriptam, abſorpſit poſtea ſequens ſyllaba. Sunt autem ἐπίτονοι lora, quibus lecti inſtruuntur ad ſuſtinendas culcitas, aut ſtragulas, aut tegetes.

928. ἀλλ' ἤ τὸ πέος. Sic primum emendaveram, tam certus genuinam lectionem reſtituiſſe, quam nunc, poſtquam eandem in ambobus Regiis reperi. In Aug. & in binis Venetis ἀλλ' ἤ τει τὸ πέος, ſyllaba ultra numerum excurrente: ceteræ editt. & ἀμέτρως. & abſurde ἄλλη τοι τὸ πέος. Confer Veſp. 60. & Suidam in Ηρακλῆς ξενίζεται.

929. Longe aliter, ac vulgo, perſonis diſtributa ſunt quæ ſequuntur: nempe ut in duobus Regiis, binisque aliis codicibus quorum collationes Kuſterus habuit. Eadem in Aug. lineolis indicata diſtinctio. *Surge*, ait Myrrhina, *ut cervical tibi ſubponam.* Verba ἅπαντα δῆτα interrogative cum ironia proferri poſſunt: *omniane, quæſo? me tamen nondum.* Vel affirmative: *omnia ſane, ut dicis.*

933. νὴ Δί' ἀπολοίμην ἄρα. Qui non animadverterunt editores ad metri legem ſcribendum eſſe ἆρα, non autem, ut vulgo, ἄρα, næ illi proſodiæ prorſus erant rudes. Scilicet verſum dimetientes mediam in σισύραν producebant, quæ corripitur ſemper. Conc. 347.

ἵνα μὴ 'γχέσαιμ' ἐς τὴν σισύραν. φανὴ γὰρ ἦν.

421. χειμῶνος ὄντος τρεῖς σισύρας ὀφειλέτω.

Av. 122. ὥσπερ σισύραν ἐξηπατακλιθῆναι μαλθακήν.

Veſp. 738. λείχειν, χλαῖναν μαλακὴν, σισύραν.

Confer Toup ad Suidam III. 132.

934. μὰ Δί' οὐ δέομαι 'γωγ' ἀλλὰ — Sic ad metri integritatem legendum, ut Theſm. 594.

οὐκ εἴσομαι 'γωγ', ὦ πολυτιμήτω θεώ.

Infra 1114. τάχα δ' εἴσομαι 'γώ. Vulgo claudicante metro οὐ δέομαί γ' ἀλλά. Pejus B. οὐ δέομαι ἀλλά. In A. bona lectio οὐ δέομαι δῆτ'. ἀλλά. Illam tamen ſinceriorem puto cujus veſtigia ſervant alii libri.

964. ποῖος ἂν ὄρρος. Metrum jugulans particula male vulgo inferta, ποῖος δ' ἂν — Recte eam omittit B.

966. μὴ βινῶν. Sic ambo Regii: vulgo κινῶν. Frequens horum verborum permutatio. Quia κινεῖν ad rem Veneream non raro traducitur, eandemque vim ſignificandi habet quam βινεῖν, loco hujus magis notum illud librarii ſæpe poſuerunt.

967. ὦ Ζεῦ, δεινῶν ἀντισπασμῶν. Sic diſtingui oportet. Genitivi pendent a ſuppreſſo admirationis adverbio ὤ. Sic Nub. 153.

ὦ Ζεῦ βασιλεῦ, τῆς λεπτότητος τῶν φρενῶν.

Loquendi formam imitantur Latini. Plautus Moſt. III. 3. 9.

Dî immortales, mercimoni lepidi!

972. δῆτ'. ὦ Ζεῦ, Ζεῦ. Monometer eſt ſeu baſis. Vulgo contra artem ὦ repetitum. Mox v. 977. ἐς τὴν γῆν, non εἰς, habent ambo Regii. Lege in ſcholio ad v. 973. θωμοὶ δὲ λέγονται οἱ τῶν πυρῶν σωροί. Male excuſum πυρσῶν. Heſychius: θωμός, σωρὸς εἰσχύων.

980. γερωσία. Sic bene A. Vulgo γεροχία. Hinc emendari poſſit Heſychius in γερωνία.

981. Πρυτάνεις. Sic tres codd. Vulgo Πρυτάνεις claudicante verſu. Tum ambo Regii μυσίξαι itidem e dialecto, ut ſupra 94. μύσιδδί τοι. Vulgo μυδίξαι.

982. σὺ δ' εἴ πότερον — Vulgo ſyllaba reduntante, σὺ δ' εἴ τίς; πότερον — Illud τις Regii non agnoſcunt. Kuſterus ad Suidam in Κονίσκαλος verſum ſic emendabat: σὺ δὲ πότερον εἶ ἄνθρωπος ἢ Κονίσκαλος; Poterat etiam ſine ullius vocis diſpendio & cum eodem hiatu: σὺ δὲ τίς; πότερ' εἶ ἄνθρωπος ἢ Κονίσκαλος. Sed ſunt hi verſus pravi commatis. Scripturam nominis Κονίσσαλος, quam habet Suidas, duplici σ, male prætuli. Codd. Comici, Heſychius, auctor Etymol. M. alteram, quæ impreſſorum librorum eſt, unico σ, confirmant. A κονίσω futuro verbi κονίω, cujus penultima longa eſt, derivatur κονίσκαλος, ut ab ἴξω, ἴξαλος. Sic κονίποδες Conc. 848. antepenult. producta, ab eodem futuro κονίσω. De nominis ſignificatione vide Heſychii interpretes ad κονιορτόποδες & ſeq. aliquot gloſſas: confer Euſtathium ad Ιλ. γ'. p. 373.

983.

983. κάρυξ. Sic Regii: vulgo κήρυξ. Suidas: κυρσάνια, νανία, ἔφηβε, ἢ εὐτελίσθατε. κυρσὸς γὰρ, εὐτελὲς λάχανον. κυρσανίους δὲ καλοῦσιν οἱ Λάκωνες τὰ μειράκια, καὶ τοὺς εὐτελεῖς ἀνθρώπους. Confer Heſychii interpretes ad κυρσάνιοι.

986. ἐγώνγα. Sic ambo Regii. In Aug. ἐγώνγε: at infra 990. recte habet ἐγώνγα, ut iterum Regii. Utroque in loco impreſſi ἐγώγα.

988. παλαιόῤ γα. Hoc reponere debuerat Kuſterus, qui perite vidit genuinam eam eſſe lectionem, cujus elementa omnia repræſentant veteres editt. ſed male diſtincta, πάλαι ὄργα. Nec diverſa eſt in Aug. ſcriptura. Laconicum eſt παλαιὸῤ pro παλαιός. Vide Heſychii interpretem ad v. σιόῤ. In A. ut in recentioribus editt. παλεός γα. Vocem παλεὸς adſciverunt forte e Suida, qui eam a Scholiaſte ad hunc locum habet. Hic vero λῆρον ληρεῖ. Pro παλαιόῤ γα abſurdiſſime in B. παλεολόγα. V. ſeq. ὦνθρωπος edidi, addito ex linguæ indole articulo, quod ſuaſit etiam Toupius ad Suidam I. 107.

990. Male vulgo πλαδδίῃ excuſum cum ι ſubſcripto. Imperativus eſt formæ Doricæ πλαδδίη, ut πάδη, ἐρώτη, ἔμβη, ὄρη. Vide Kœnium ad Corinthum p. 79. & 105.

998. Sic vulgo legitur hic verſus:

ἀπὸ Πανός; Οὐκ, ἀλλ' ἀρχὰ μὲν οἰῶ Λαμπιτώ.

Nonne ergo animadverterunt ultimam in ἀρχὰ corripi non poſſe, ut cum duabus ſeq. ſyllabis anapæſtum faciat? Præterea quid ſibi vult dubitandi verbum οἰῶ? Legendum, Οὔκ· ἀρχὰ μὲν οἷα Λαμπιτώ. *Caput quidem huic rei ſola Lampito.*

999. ταὶ κατὰ Σπάρταν. Sic Aug. Vulgo κατὰ τὰν Σπάρταν. Articulus hic non magis neceſſarius, quam ſupra v. 984. ἔμολον ἀπὸ Σπάρτας.

1000. ὑσπλαγίδος. Hoc jam repoſueram e Pierſoni ad Mœrin p. 376. emendatione, quæ mihi tunc non minus certa videbatur, quam nunc, poſtquam eandem ſcripturam reperi in ambobus Regg. perſpicue ſic ὑσπαλαγίδος, accentu in penultima. Vulgo ὑσπλάτιδος. Confer notam ſupra 702.

1002. μογιῶμες & v. ſeq. λυχνοφοριῶντες, idiomata ſunt Laconicæ

dialecti, a librariis & typographis male habita. Vulgo μογίεμες, λυχνοφορίοντες. A communibus verbis μογέω, λυχνοφορέω, Laconica formantur μογιάω, λυχνοφοριάω, ut ſupra 198. ἐπαινιῶ pro ἐπαινέω. Vide laudatum Kœnium ad Corinthum. A dialecto longius adhuc recedit ſcriptura in A. μογέομες, λυχνοφορέοντες. ἄπερ edidi ex Aug. in quo veteris ſcripturæ remanent veſtigia, ut & in primariis editt. Hæ αἴπερ habent: ille αἴπερ. In antiquo exemplari ι, quod nunc ſubſcribi ſolet, ad latus erat poſitum.

1004. τῶ μύρτω σίγειν. Sic. A. In B. σιγεῖν. In Aug. vero σιγῆν, quod præferunt etiam vett. editt. Quum verbum σίγω barytonum ſit, non credo terminationem infinitivi ειν mutaſſe Laconas in ην, quod illis ſolemne eſt in verbis formæ contractæ, ut ſupra 171. πλαδδιῆν.

1005. πρίν γ' ἅπαντες. Sic perſpicue tres codd. Malebat Kœnius πρίν γα πάντες. — V. ſeq. ποιησώμεσθα. Sic A. In B. prorſus omiſſum eſt verbum. Vulgo ποιησόμεσθα. Doricam futuri indicativi formam ποιησεύμεσθα reponit Valckenarius in erudito commentario ad Theocriti Idyl. XV. p. 280. ubi hunc locum emendatum propoſuit, uti eum exhibuimus. Sed πρὶν cum ſubjunctivo conſtruitur, ut Conc. 629. 752. ſæpius quidem cum particula ἄν: ita ut, ſi quid mutandum eſſet, mallem:

ἐῶντι, πρίν γ' ἂν πάντες ἐξ ἑνὸς λόγω
σπονδὰς ποιησώμεσθα πεῖλὰν Ελλάδα.

1007. Huic verſui præfixa perſ. in impreſſis Αθηναῖος. Recte in A. Πρόβουλος.

1009. ἀλλ' ὡς τάχιστα φράσον περὶ τῶν διαλλαγῶν. Sic optime A. In B. reclamante metro, φράζε περὶ τῶν — Vulgo φράζε περὶ διαλλαγῶν. Supra 984. ἔμολον ἀπὸ Σπάρτας περὶ τᾶν διαλλαγᾶν.

1010. πρέσβεις ἀποπέμπειν. Perperam in A. & cum ruina metri πρέσβεις πέμπειν. Confer notam ad v. 408.

1013. Ab hoc v. usque ad 1035. ſi duos primos mulierum chori excipias, ſunt verſus omnes aſynarteti e dimetro trochaico, & dimetro pæonico, conſtante ex pæone primo & cretico, ſeu dimetro



jambico brachycatal. cujus primus pes ſemper eſt dactylus. Verſus 1016. 1017. 1035. & ſequentes tetrametri ſunt trochaici. Hoc præſtruendum, ut depravati verſus ad metri normam exigi queant.

1014. Hic & ſequens verſus in impreſſis metro ſoluti ſunt. In priore σὺ ante ξυνίεις inſerendum. Carere quidem ſententia poteſt pronomine, ſed illud abeſſe metri non patitur ratio, cujus ignorantia librarium in fraudem egit. Alter vulgo ſic legitur:

ἐξὸν, ὦ πόνηρε σὺ, βεβαίαν νῦν μ' ἔχειν φίλην.

quæ vocum collocatio metrum prorſus perimit. In A. σοι βεβαίαν μ' ἔχειν φίλην. Sic etiam B. niſi quod σὺ pro σοι habet. In Aug. & in Juntina σὺ βεβαίαν μ' ἔχων. Vides voculam νῦν, quæ in recentioribus editt. eſt, a nullo veterum librorum agnoſci. Bene ſit tamen illi, qui eam inſeruit. σοι codice A. firmatum, repoſitum jam fuerat in minoribus editt. Batavis, forte Florentis ſuaſu, qui ſic legendum eſſe viderat. Inde facile verſus in integrum reſtituitur, repoſitis in ſuam ſedem ſingulis vocibus:

ἐξὸν ὦ πόνηρε, σοι μ' ἔχειν βεβαίαν νῦν φίλην.

1019. νῦν δ' οὖν οὔ σε περιόψομαι. Sic Regii. Vulgo νυνὶ δ' οὔ σε, quod æque bonum eſt. In Aug. metro ruente νῦν δ' οὔ σε, ut in primariis editionibus, unde liquet alterum vulgatum ab emendatore eſſe.

1020. ὡς καταγέλαστος εἶ. Sic bene tres codd. Mala manus pronomen inſeruit, quod vulgo habetur, ὡς σὺ κατ —

1023. καὶ τότ' ἀπέδυν. Sic bene Aug. & primariæ editt. In aliis καὶ τόδ' — Adverbium τότε tempus præteritum notat, tam quod diu, quam quod proxime effluxit: redditur per *olim*, *prius*, *modo*. Vide Theſm. 13. Sophocl. El. 278. 676. & Abreſch Dilucid. Thucyd. p. 313. & 420.

1025. κἄν με μὴ 'λύπεις. Sic ad ſenſum & metri legem ſcribendum, uti jam Florenti viſum eſt. In B. ſcriptum λυπεῖς. Vulgo κἂν μή με λυπῇς — Tum σοῦ κἂν τόδε præferunt ambo Regii. Vulgo σοῦ γ' ἂν τόδε.

1027. δακτύλιος. Vulgo ὁ δακτύλιος. Articulum, qui verſui of-

ficit non agnoſcunt Regii. Male conjectura hic ceſſit Florenti. Vett. editt. Italicæ & prior Baſileenſis, quas conſulere poterat, habent τοῦτ' ἄρ' ἦν με τοὐπιτρίβειον. In Frobenii officina typothetæ incuria με omiſſum fuit, quæ menda in aliquot alias editiones tranſiit. Culicem δακτύλιον appellat, derivato nomine a δακεῖν, quare reddidi *mordaculus ille.*

1028. ἐκσκάλευσον. Sic optime ambo Regii. Vulgo ἐκσκάλευσον. Perperam in A. mutato verſus genere, δεῖξον ἐξελοῦσά μοι.

1030. δύσκολος ἔφυς. Male vulgo inter illas voces inſerta particula γε, quæ metro magis adhuc quam ſententiæ inutilis eſt.

1036. μὴ φιλήσῃς. Sic bene Aug. & B. Perperam A. οὐ φιλήσεις. Vulgo μὴ φίλησον. Negat οὐ: vetat μή. Hoc cum verbis temporis præſentis in imperativo, cum verbis aoriſtis in ſubjunctivo conſtruitur. Vide Thomam in μή. Ideo ſi duo verba ex hac particula pendeant diverſorum temporum, in diverſis etiam modis ponuntur, ut ſupra 733.

μὴ διαπεταίνυ, μηδ' ἀπέλθῃς μηδαμῆ.

Solœcum fuiſſet ἄπελθε. Scribere potuit etiam poëta:

καὶ φιλήσω. — Οὐ μὴ φιλήσεις.

οὐ μή cum futuro indicativi vetantis eſt: & ω ου in unam ſyllabam coaleſcunt. Vide ſupra ad v. 273. Theſm. 269.

βάδιζε τοίνυν. — Μὰ τὸν Ἀπόλλω οὐκ, ἥν γε μή —

1039. οὔτε σὺν πανωλέθροισιν. Metricæ rationis imperitus erat editor e recentioribus neſcio quis, a quo invectum ξύν. Vett. editt. ut codd. habent σύν — In Juntina συμπανωλέθροισιν.— οὔτ' ἄνευ. Sic bene Regii: vulgo οὐδ' — Exſtant in eam ſententiam Suſarionis veteris Comici verſus, in ſcholiis olim laudati, ſed quorum particula tantum in iis hodie legitur. Eos adponam ex Bentleii Diſſertatione Phalaridea de origine Comœdiæ:

Ἀκούετε λεώς· Σουσαρίων λέγει τάδε,
υἱὸς Φιλίνου Μεγαρόθεν Τριποδίσκιος.
πάκιν γυναῖκες· ἀλλ' ἔμως, ὦ δημόται,

οὐκ ἔστιν εἰκεῖν εἰκίκιν ἄνευ κακοῦ.
καὶ γὰρ τὸ γῆμαι, καὶ τὸ μὴ γῆμαι κακόν.

1040. καὶ τολοιπὸν οὐκέτι. Sic præter codd. veteres editiones omnes. In neſcio qua recentiori, forte Genevenſi, vocula καὶ typothetæ errore omiſſa fuit, quæ menda deinceps in reliquas omnes tranſiit, non animadverſa ab editoribus vērſus labe. In utroque Reg. præfixa eſt huic verſui perſona χορὸς γυναικῶν.

1044. Verſus eſt dimeter jambicus. In Regiis ſcriptum οὐδὲ ἕν. In Aug. οὐδείν. Perperam vulgo οὐδέν.

1056. Hujus & ſeq. verſus tum ſcripturam, tum diviſionem exhibeo, quam præfert uterque Regius, niſi quod in altero ἃ ἃ excudi curavi, ut in iis ſcribi debuit, & alibi in vulgatis libris bene excuſum occurrit, ut Theſm. 344. Frequens, quod aliis obſervatum fuit, librariorum hic error: vide Marklandum ad Eurip. Suppl. 364. Prior verſus trochaicus eſt, alter jambicus. Vulgo in tres lineas, verſus enim appellare pudet, ad iſtum modum digeſti ſunt:

ὅσ᾽ἃν ἀκνείσητε
πω᾽ νεῶν ἂν νυνὶ λάβῃ
μνησ᾽ ἀτελῆ.

1062. Mendam typographicam corrige τεθνχ᾽ — ὡς τὰ πρέα. Sic Regii: vulgo ὡσῖε τὰ —

1068. Verſus eſt trimeter jambicus, qui ſic, ut eum exhibui, bene digeſtus eſt in utroque Regio, ubi tamen minus bene εἴσω & μηδ᾽ἐνα. Vulgo autem ſic diſtincti ſunt verſus:

αὐτοὺς τε καὶ τὰ παιδί᾽· εἶ-
τα εἴσω βαδίζειν·
μηδ᾽ ἔρεσθαι μηδ᾽ ἕνα.

1070. Unus verſus eſt in Regiis trochaicus trimeter catalect. Male vulgo in duos diſtinctus.

1073. χειρεκμεῖον. Duplex fertur hujus vocis interpretatio. Vel enim eſt πάτταλος ἐν ᾧ δεσμεύοντες τοὺς χοίρους τρέφουσι: vel πλεκτὸν ἄγγειον, ἐν ᾧ τοὺς νέους ἔτρεφον χοίρους περιθέσαντες. Utramque e Scholiaſte habet Suidas. Prior placuit Biſeto aliisque, argutias quærentibus

in adluſione ad muliebre pudendum, quod etiam indigetatur nomine χοῖρος, & ad caudam ſalacem, quæ πάτλακος appellatur. Sed nugæ ſunt. Si quos domi ſaginabant porcellos, eos paxillo adligabant, putasne paxillum illum tam diverſum fuiſſe ab aliis, quibus in humun depactis quævis animalia adligari poterant, ut peculiari nomine inſigniri debuerit? χοιροκομεῖον hîc idem prorſus eſt, quod Veſp. 844. ſcilicet hara e vimine texta & plicatilis, qua, duabus extremi aribus ad parietem adnexis, circumſepiebatur ſpatium quoddam, intra quod concluſi ſaginabantur porcelli. Qui vocem hanc exponunt doctiſſimi Grammatici Pollux & Heſychius *paxilli* nullam mentionem faciunt. Ille X. 159. καὶ χοιροτροφεῖον δὲ, ἐν ᾧ χοῖροι τρέφονται, ὡς Εὔπολις καὶ Φρύνιχος ἐν Ποκοδρίαις· τὸ δ' αὐτὸ καὶ χοιροκομεῖον ἐν Ἀριστοφάνους Λυσιστράτῃ. Hic, χοιροκομεῖον, λεπτόν τι πλεκτὸν, ὡς ὀρνιθοτροφεῖον. Iſtiusmodi quidpiam vas textile circa coxas habere videbantur Spartani legati, quia, ut ait Suidas, veniebant ἐξηκολακωμένα τὰ ἱμάτια ἔχοντες, quæ verba male Kuſterus accepit, ſcilicet prominente ex adverſa parte veſtis ſinu, idque propter τὴν τοῦ αἰδοίου τάσιν. Verti itaque debuit: *adveniunt tanquam ſuile vimineum circa femora adligatum habentes.* Altera expoſitio ridiculum eſt Grammaticorum commentum. Quidni etiam paxillos memorant ſingulis animalibus ligandis aptos, κυνοκομεῖον, ἀρνοκομεῖον, πωλοκομεῖον, ἐνοκομεῖον? Quidni ὀρνιθοκομεῖον *paxillum avi ligando aptum?* Anne nomen inſtrumenti domeſtici vilis & quotidiani uſus modo *vas vimineum* ſignificabit, modo *paxillum?* In Juntina & priore Baſileenſi male legitur ἔχοντας, ut in Aug. Mendam ſuſtulerat jam prior Veneta. Bene Regii ἔχοντες, quod Kuſterus e Suida in χοιροκομεῖον reponere poterat.

1074. πρῶτα μέν μοι χαίρετε. Elegans eſt lectio cod. Aug. Inepte vulgo μέντοι. Venuſtam habet ἔμφασιν iſtud μοι, quod abundare videtur. Sic ſupra 125. τί μοι μετασπρέφεσθε; τί μοι μυᾶτε; 707. τί μοι σκυθρωπὸς ἐξελήλυθας δόμων; Theſm. 291. καὶ πρὸς Φάλητα νοῦν ἔχειν μοι καὶ Φρένας. Confer notam ad v. 202.

1081. ἀμὶν præterquam e dialecto eſt, ſic hoc loco ſcribi debet



ob metrum, quod a primis editoribus obſervatum, poſteriores, ut alia multa, ſusque deque habuerunt.

1084. θυμάτι'. Sic bene Aug. & Juntina. Vulgo θυμάτι'.

1085. ἀσκητικόν. Vide Kuſterum ad Suidam hac voce.

1086. Perſona vulgo eſt ΑΘΗΝΑΙΟΣ ΤΙΣ. Quum perſpicuitati ſtuderem, maxime in perſonarum diſtinctione, quæ plurimum confert ad fabulæ intelligentiam actionisque ſcenicæ, hunc interlocutorem eo nomine inſignivi, quo eum appellat Laco v. 1098. licet probabilius ſit, id nomen non eſſe proprium viri, ſed blande compellandi vocabulum. Reponi poſſit ΑΘΗΝΑΙΟΣ A. & v. 1225. præponi perſona ΑΘΗΝΑΙΟΣ B.

1092. Cliſthenes Sibyrtii filius homo erat effeminatus & mollis, quem ſæpe exagitat Comicus.

1094. Alludit ad notiſſimam in hiſtoria Attica Hermarum mutilationem, de qua videndus Thucydides VI. 27. & ad eum Dukerus.

1096. ἐμβεκλώμεθα. Sic quidem libri: legendum tamen videtur ἀμβεκλώμεθα.

1097. Poſt hunc verſum lacuna eſt in utroque Regio usque ad v. 1237. ἄδει Τελαμῶνος -- ſine defectus indicio in A. vacuis in B. quinque fere paginis.

1099. κἀκ' ἰδὸν ἁμέ. In Aug. κἀκ' ἰδὲν, ut in vett. editt. Qui metro ſubvenire voluerunt poſteriores editores, male repoſuerunt κἰκεν ἰδὸν. Vide ſupra ad v. 759. Perperam etiam vulgo legitur ἁμὲς ἄνδρες, quod & κακόφωνον & male græcum: ἁμὲς nominativus eſt; quem ſenſus flagitat, accuſativus eſt ἁμέ. Sup. v. poſt πεπόνθαμες minor diſtinctio poni debuit.

1108. Hi verſus qui vulgo Choro continuantur, alii perſonæ tributi ſunt in Aug.

1109. Excidit librarii culpa nomen aliquod adjectivum: nam verſus toto pede mutilus eſt.

1115. Hic verſus & ſex ſequentes abſurde vulgo tribuuntur Choro. Nec cod. nec vett. editt. diſtinctionem hanc agnoſcunt. Chori perſonam hic primum præfixam invenio in editione Frobeniana.

1119. τῆς σάθης ἄγε. Hesych. σάθη (male legitur σάθει) τὴν ἀνδρεῖα ἀναίσχυντα. Ad quam glossam vide interpretes.

1129. μιᾶς ἐκ χέρνιβος. Sic manifestum est legi debere. Perperam vulgo μιᾶς τε χέρνιβος.

1133. στρατεύμασιν. Male vulgo στρατεύμασι. In his terminationibus frequens librariorum lapsus.

1135. De formula Attica δεῦρ' ἀεὶ significante ἕως τοῦ δεῦρο, vide Valckenarium ad Eurip. Phœn. p. 413.

1138. Περικλείδας. In Aug. Περικλείδησα. Emendationem in veteri exemplari adscriptam male accepit librarius: α pro η reponi debuit, Περικλείδας, quæ Laconica nominis est forma. Plutarchus in Cimone p. 129. editionis Bryani: πέμπουσιν οὖν οἱ Λακεδαιμόνιοι Περικλείδαν εἰς Ἀθήνας, δεόμενοι βοηθεῖν, ἔν φησι κωμῳδῶν Ἀριστοφάνης, καθεζόμενον ἐπὶ τοῖς βωμοῖς ὠχρὸν ἐν φοινικίδι, στρατιὰν ἀπαιτεῖν.

1140. ἐπὶ τοῖσι βωμοῖς. Vulgo pessumdato metro ἐπὶ τοῖς βωμοῖσιν: quæ quidem lectio imperito nescio cui editori debetur: nam in vett. editionibus est ἐπὶ τοῖς βωμοῖς.

1144. ἔσωσε τὴν — In Juntina mendose & cum versus ruina ἔσωσεν, quod per omnes deinceps editiones propagatum fuit. Aug. recte supra ἐπὶ τοῖσι βωμοῖς, & hic ἔσωσε. Sed quis adeo ineptus fit, ut in his codicum auctoritatem requirat?

1148. ἀδικοῦμες. Hic per metrum non licuit poëtæ Laconica forma uti ἀδικιῶμες. — ἄφατος καὶ καλὸς, idem quod ἄφατον ὡς καλός. Av. 427. ἄφατον ὡς φρόνιμος.

1150. οὐκ ἴσθ'. Sic Aug. ut supra 1138. Vulgo οὐκ οἶσθ'. Idem cod. infra 1154. ξυνεκμαχοῦντες, uti absque eo etiam scripsissem.

1162. λῶμες. Vulgo λώμεσθ'. Forma activa λῇ occurrit v. seq. λῶ 981. λῇς 95. 1188. λῆτε 1105. Unde λῶμες hic scribendum esse recte censet Kœnius ad Cor. p. 115.

1163. ἀποδόμεν. Sic scribendum e notissimo dialecti idiomate, pro ἀποδοῦναι. Male vulgo ἀποδῶμεν, quæ non est forma infinitivi, sed prima pers. plur. aoristi subjunctivi.

1164. βλμάτλομες. Huc respicit Suidas in βλμάξειν. βλμάτλομεν

ψηλαφῶμεν, ἐπιθυμοῦμεν. Sed, quod me fugit, quum textum deſcripſi, reſtituenda eſt Laconica forma, a librariis obliterata, βλιμάδδομες. Ut ſupra 82. γυμνάδδομαι pro γυμνάζομαι: 94. μύσιδδε pro μύθιζε: 1302. ψικάδδοντι pro ψικάζοντι: 1313. θυρσάδδω & παίδδω pro θυρσάζω & πκίζω: ita hoc loco a βλιμάζω, βλιμάδδω, βλιμάδδομες. Communis forma occurrit Av. 530. εἰ δ' ὠνοῦνται βλιμάζοντες.

1167. ἀντὶ τούτου χωρίον. Sic recte vulgatam ſcripturam χωρίου emendat Daweſius Miſcell. Crit. p. 307.

1168. Hunc locum docte explicuit Palmerius, pro ea qua erat Hiſtoriæ & Geographiæ peritia. Quid autem Ἐχινοῦς, Μηλιεὺς κόλπος, & τὰ Μεγαρικὰ σκέλη, ad aliam deflexa ſignificationem, innuant, nemo non intelligit.

1171. πάντα γ' ὦ Λ. Male vulgo ſine eliſione γε ὦ.

1174. In Aug. & in Juntina ſic legitur hic verſus:

ἐγὼ δὲ κοπρακωγῆν γᾶ πρῶτα ναὶ τὼ σιώ.

Hancque lectionem retinent vett. editt. omnes. Quæ in recentioribus obtinet, ſciolo neſcio cui, ſyllabas numeranti, debetur:

ἐγὼ δὲ κοπρακωγῆν γᾶ πρῷ ναὶ τὼ σιώ.

Profecto malus ille fuit verſuum artifex. Proclive erat emendare:

ἐγὼ δὲ κοπρακωγῆν γα πρῶτα ναὶ σιώ.

γα Dorica particula pro γε. ναὶ σιὼ ſine articulo occurrit in hac fabula 81. 90.

1178. ἐσβύκαμεν. Perperam vulgo ἐσβύκαμες, tanquam ſi loqueretur Laco.

1194. ὁπόταν καπφορῇ. Solœce vulgo καπφορεῖ.

1199. Pollux X. 59. Οὐ μὴν ἀγνοητέον, ὅτι τὸν ἐπιτηδειον εἰς τὸ κατασημαίνεσθαι κηρὸν οἱ πκλαιοὶ ΡΥΠΟΝ ὠνόμαζον καὶ ΡΥΠΟΥΣ, ὡς ἐν Λυσιστράτῃ Ἀριστοφάνης· Καὶ μηδὲν οὕτως εὖ σεσημάνθαι, τὸ μὴ οὐχὶ τοὺς ῥύπους ἀνασπάσαι. Hujus obſervationis ſi meminiſſet Florens, mendoſam Venetæ editionis lectionem τοὺς τύπους præferendam non duxiſſet. Heſychius: ῥύπος. ῥύπον Ἀττικοὶ, τὸν εἰς τὰς σφραγῖδας κηρὸν λέγουσι.

1215. ἐυλαβεῖσθαι τὴν κύνα. Confer Plauti interpretes ad Moſt. III. 2. 162.

1216. Unicus eſt in tota hac fabula locus, qui mihi adhuc negotium faceſſat, & quem neſcio an recte conſtituerim. Aliter vulgo diviſæ perſonis loquendi vices. Prodeunt in ſcenam homines aliquot otioſi & circumforanei, qui convivio intereſſe cupientes, a ſervo janitore oſtium ſibi aperiri flagitant: horum unus ait ἄνοιγε τὴν θύραν. Hæc verba & quæ ſequuntur ad finem quinti verſus vulgo tribuuntur famulo, quod abſurdum eſt.

1220. ὑμῖν χαρίζεσθαι, ταλαιπωρήτομεν. Vulgo redundante ſyllaba προσταλαιπωρήσομεν. Pejus in Aug. προσταλαιπωρήσαιμεν. Qui ſæpe e compoſitis ſimplicia faciebant librarii, ut obſervatum ad v. 408. iidem præpoſitiones temere addebant verbis, ſi quod forte compoſitum eorum memoriæ obverſabatur, de ſenſu parum ſolliciti, quid autem metri leges admitterent aut repudiarent, nihil penſi habentes. Sic in Eurip. Hippol. 31. ἐξκαθείσατο pro καθείσατο intruſerunt.

1222. κωκύσεσθε. Sic bene Aug. Vulgo titubante metro κωκύσετε.

1228. ὅτιὴ νήφοντες. Male vulgo cum verſus ruina ὅτι νήφοντες.

1230. μεθύοντες αἰεί. Vulgo ἀεί. Vide quæ notavi ad Æſchyli Perſ. 174. & Eurip. Phœn. 84. Mihimet ipſi conſtare volui. Sed ſi quis iſtud αἰεὶ e Scenicis exſulare juberet, illi non refragarer. — πανταχοῖ. Vulgo minus bene πανταχοῦ. Hæc accurate diſtinxit Photius, cujus obſervationem e Lexico MS. protulit Heſychii interpres ad πανταχῶς. Πανταχῆ, πάντα τρόπον. καὶ πανταχοῦ ἐν παντὶ τόπῳ· καὶ πανταχόθι. πανταχοῖ δὲ καὶ πανταχόσε, εἰς πάντα τόπον. Sæpe confuſa a librariis iſta adverbia. In Av. 165. ubi vulgo legitur: μὴ περιπέτεσθε πανταχῆ κεχηνότες, membr. habent πανταχοῦ: at vero legendum πανταχοῖ.

1243. διποδιάξω. Laconicæ ſaltationis genus erat, ut obſervatum Meurſio in Orcheſtra, Διποδία, Διποδισμός. — κἀείσω. Hoc ex emendatione eſt neſcio cujus, ſed bona. Sic jam legebat Meurſius loco citato. Aug. & vett. editt. καἴσω. Notiſſima phraſis eſt ᾄδειν ἐξ

τινα: nec loci ſenſus de quopiam alio verbo cogitare ſinit. Ambo Regii dant καὶ κινήσω καλὸν, quam lectionem in Vat. etiam MS. reperiam probat Kuſterus, poſthabita metri lege, quæ illam reſpuit. Vide enim qui verſum illum dimetiare:

ἵν' εγω | διαϲδὶ | αξω | γε και κι | νησω | καλον.

Præterea quid ſignificat κινήσω καλὸν εἰς τοὺς Ἀθηναίους? hujus ſimiles aliquot Kuſteri notæ non fuerunt, ut Lyſiſtratæ noſtræ conſilium,

πολλαῖσιν ἀγρυπνίαισιν ἐρριϲμένας.

Suſpicari quis poſſit voces illas καὶ κινήσω gloſſema eſſe, olimque ſcriptum fuiſſe κἀξέω pro καὶ αἴξω. Sed hoc ſi metro ſatisfacit, probabili ſenſu caſſum eſt.

1244. κἠς ἡμᾶς. Regii καὶ ἐς ἡμᾶς, unde Doricum κἠς facile erat eruere. Vulgo titubante verſu καὶ ἡμᾶς.

1245. λαβὲ δὴ σὺ τὰς — Sic bene A. In B. λαβὲ δὴ τὰς — Vulgo λαβὲ δῆτα τὰς — Heſych. Φυσαλίδες, Φυσητήρια, αὐλοί. Eundem ad modum ſcripta eſt hæc vox in A. duplici λ: in duobus aliis unico, ut apud Suidam. Peſſima eſt veterum editionum ſcriptura Φυσσαλίδας. In Φυσᾷν prima longa eſt.

1246. ὡς ἥδομαί γ' ὑμᾶς ὀρῶν ἐρχουμένους. Vulgo fœdiſſima metri corruptela legitur, ὡς ἥδομαί γ' ὁρῶν ὑμᾶς ὀρχουμένους, quod tamen concoxerunt interpretes. In duobus Regiis ἥδομαί γ' ὑμᾶς ὀρχουμένους, omiſſo ὀρῶν, quod verſus integritati adeo neceſſarium eſt, ut dubitari non poſſit, quin a poëta ſit: & hoc habet Aug. ſed ſede ſua, ut vulgo, motum. Alias ſalva ſententia abeſſe poſſet. Quin ſcita eſt phraſis ἥδομαι ὑμᾶς ὀρχουμένους, cujus tamen elegantiam non credo librariis ita placuiſſe, ut ejus ſpecie ducti ὀρῶν conſulto omiſerint. Vide Muſgravium ad Eurip. Suppl. 328. & Valckenarium ad Hippol. 1339.

1247. ὅρμαον, Μῶα, & ſupra 995. πᾶα, pro ὅρμασον, Μῶσα, πᾶσα, idiomata ſunt Laconicæ dialecti, de quibus vide Valckenarium in Theocr. p. 274.

1248. ὦ Μναμοσύνα. Sic Regii. Aug. & vett. editt. ὦ μναμόνα.

1249. τάν τ' ἐμὰν Μῶαν. Sic bene Regii: vulgo τὰν τεὰν.

1250. ἄμμι. Sic ſcriptum in A. Vulgo ἀμί.

1253. πρόκρουν θείκελοι ποτὶ κᾶλα, *in naves Perſarum.* Sic in utroque Regio ſcriptum : male vulgo καλά. πρόκρουν autem e dialecto eſt pro προὔκρουσεν.

1256. Vulgo θάγοντας εἰῶ τὸν ὀδόντα, ad quæ Berglerus ſic commentatur: οἰῶ *autem eſt puto; ſed hoc loco abundat, ut aliquoties in antecedentibus.* Abundat quidem, ſed ita abſurde, ut plane ejiciendum ſit, librarioque reddendum, qui illud inferciit.

1258. Vulgo πολὺς δ' ἅμα καὶ κατὰ τῶν σκελῶν ἀφρὸς ἵετο. Uterque Regius πολὺς δ' — Tum A. καὶ κατῶν, mendoſe pro κατὰ τῶν. Nomen ἀφρὸς, e ſuperiori verſu male repetitum, gloſſema eſt, quod expungi debuit.

1262. ἀγρότις Ἀρταμι. Male vulgo Ἀρτεμι. Ut ſupra 1251. Ἀρταμιτίῳ ſcriptum e dialecto, pro Ἀρτεμισίῳ, ita hic ſcribi debuit Ἀρταμι pro Ἀρτεμι. Vide Kœnium ad Corinthum p. 139.

1268. ταῖς συνθήκαις. Sic Regii. Vulgo ταῖσιν.

1274. τάσδε τε ὑμεῖς. Id eſt καὶ ὑμεῖς Ἀθηναῖοι τάνδε. Male vulgo τὰς δέ τε. In Regiis ſcriptum τασδεί.

1277. ἐρχησάμενοι θεοῖσιν. *Poſtquam in honorem deorum ſaltaveritis.* De hac loquendi formula videndus Valckenarius ad Eurip. Phœn. p. 582. ἐρχήσασθαι θεοῖσιν plane eodem modo dictum, quo τοῖς θεοῖς πιεῖν dixit Anacreon, Od. XXXI.

1279. Hic verſus & ſequentes vulgo Lyſiſtratæ continuantur. In Regiis adſcripta Chori perſona.

1281. δίδυμον ἀγέχορον. Vulgo ἄγε χορόν. Pejus Regii ἄγετε χορόν. Facilem certamque emendationem præcepit Berglerus.

1287. οἷς ἐπὶ μάρτυσι χρησόμεθ' — Tmeſis pro οἷς μάρτυσιν ἐπιχρησόμεθα. Sic diviſim ſcriptum in Regiis. Vulgo οἷς ἐπιμάρτυσιν, quod minus placet, maxime ob ſequens epitheton ἐπιλήσμοσιν.

1299. κλεῶκα τὸν Ἀμύκλαις σιὸν — κλεῶκα, ἐκλιπῶκα, pro κλεῶσα, ἐκλιπῶσα, eaque pro communibus κλέουσα, ἐκλιποῦσα. Vide ſupra ad 1247. Vulgo legitur κλεῶκα τὸν Ἀμύκλαις Ἀπόλλω σιόν. Nomen Ἀπόλλω gloſſema eſt, & ejici debuit, quod jam monuit Val-

ckenarius loco laudato. Dativus Αμύκλαις vel eſt pro genitivo Αμυκλῶν, quod ſchema breviter obſervavi ad Apollonium III. 862. χθονίην, ἐνέροισιν ἄνασσαν: vel potius pendet a ſuppreſſa præpoſitione ἔν, cujus frequens ellipſis. Sic Acharn. 697.

ἄνδρ' ἀγαθὸν ὄντα Μαραθῶνι περὶ τὴν πόλιν;
εἶτα Μαραθῶνι μὲν ὅτ' ἦμεν, ἐδιώκομεν.

1300. Χαλκίοικον. Minervæ cognomen apud Spartanos, de cujus ratione vide Meurſium Miſc. Lac. I. 3.

1303. ἔμβη. Sic recte Aug. Vide ſupra ad 990. Vulgo εἶα μάλα ἔμβα.

1304. ὦΐα κοῦφα πάλλων. Aug. & vett. editt. ὠΐα. Kuſterus, mutationis non reddita ratione, ὦ εἶα, quod e ſcripto libro habuiſſe videtur: ſic enim duos verſiculos exhibent Regii:

εἶα μάλα, ἔμβα εἶα.
ὦ εἶα. κοῦφα πάλλων.

ὦΐα tam neutro genere effertur, quam feminino ὠΐαι, quam vocem Heſychius exponit. ὠΐαι, ἄκραι, ἔσχατα, μηλωταὶ, λέγναι.

1305. ὡς Σπάρταν ὑμνιῶμες. Vulgo ὦ Σπάρταν ὑμνείωμες. Bene uterque Regius ὡς. Tum B. ὑμνίωμες, ſervato dialecti idiomate, de quo ſupra ad v. 1002. Scribi debuit ὑμνιῶμες. — ὡς perinde ac ὅπως ut, cauſam finalem ſignificans, raro apud Comicum occurrit ſine particula ἄν. Ter in hac fabula ſic nudum reperitur, hic & 183. 1265. ubique in Laconum ore. Tragici ὡς & ὅπως ſine ἄν ſæpiſſime adhibent. Verum ubi ὅπως non *cauſum finalem* ſignificat, ſed *modum rationemque agendi*, & per *quomodo* verti poteſt, ut ſupra 289. nunquam, niſi ſolœce, cum aoriſto primo ſubjunctivi conſtruitur, ſed cum futuro indicativi. Solœcum eſt, quod vulgo apud Sophoclem legitur Ajac. 556.

δεῖ σ' ὅπως πατρὸς
δείξῃς ἐν ἐχθροῖς οἷος ἐξ οἵου τραφείς.

legendum eſt δείξεις. Pendent iſta ὅπως δείξεις a verbo ſuppreſſo ὁρᾷν, vel ſimili. δεῖ σε ὁρᾷν ὅπως δείξεις. Miræ imperitiæ ſunt, quæ Pariſinus

Vertit interpres : *Torretur vehementer per deos : non de tramite aberro conjectura ; furis vero vestigia ipse fur novi.* Sed prava est versio, & lectio, & interpunctio. Sic distingui & scribi oportuit :

ὤπληται μέγα δή τι. μὰ δαίμονας, οὐκ ἀπὸ ῥυσμοῦ
εἰκάζω· φωρὸς δ' ἴχνια φὼρ ἔμαθον.

μὰ δαίμονας ad sequentem negationem pertinet, ut apud Comicum millies. *Non, ita me dii ament, falsa conjectura ducor.* Vel *ab ejus figura tantum conjecturam facio : sed furis vestigia fur ipse novi.* ῥυσμὸς *figuram* significat, ut ostendit Menagius ad Diog. Laërt. p. 415. Denique in membr. Vaticanis scriptum est μεγάλη τι, unde alii μεγάλως τι fecerunt, alii μεγαλωστί : perperam. Emendandum erat μέγα δή τι, quod conjectura adsecutum est Bentleii acumen, cui nos stolidi morem non gessimus. Lineola tantum differunt ΜΕΓΑΔΗΤΙ & ΜΕΓΑΛΗΤΙ. Membranæ Vat. menda orta ex frequenti commutatione literarum Α. Λ. Δ. cujus aliud exemplum est in nota ad Thesm. 456. Istuc μέγα δή τι Callimacho in deliciis fuisse ostendit Princeps Criticorum. Sic Strato Epigr. XXII. καῦμά μ' ἔχει μέγα δή τι. & Epigr. XLII.

καὶ μὴν καὶ τὸν, ὅτ' ἐστὶν ἐν αἰσχάσιν, εὐθὺ θέλοντα,
καὶ παρέχοιλα χύδην, οὐ πάνυ δή τι φιλῶ.

IN

IN THESMOPHORIAZUSAS.

Rariſſima ſunt hujus fabulæ ſcripta exemplaria. Non exſtat in ullo codicum quorum notitiam exhibet impreſſus Bibliothecæ Regiæ Catalogus, nec in iis reperitur qui poſt annum MDCCXL. in ſplendidum illum literarium theſaurum illati fuerunt. Hac de re per epiſtolam rogatus certiorem me fecit optimus Juvenis Jo. Capperonnerii filius unicus, qui deplorabili caſu paulo poſt fato functus eſt, conceptasque de eo ſpes, fore ut acceptam a parente, parentisque patruo, nominis claritatem novis in literas meritis illuſtriorem redderet, deſtituit. E ſolo itaque Auguſtano codice emendata fuit.

Verſ. 1. χελιδὼν ἆρα ποτὲ φανήσεται; Non pertinent hæc ad notationem temporis, quo Theſmophoria celebrabantur; multo minus illius, quo acta fuit hæc fabula. Sed proverbii locum apud veteres obtinuiſſe illud videtur: *Quando tandem optatum veniet tempus, quo a moleſtiis hisce liberabor?* ab iis ducta locutione, qui hiemis pertæſi, hirundinis adventum, ut veris indicium, cupide exſpectant. *E notis Kuſteri apud quem plura in hanc rem vide.*

2. ἀλοῶν. Suidas: ἐξωθεῖν ἐν κύκλῳ περιάγων, ὡς οἱ ἐν ταῖς ἅλωσιν. Heſychius: ἀλοῶν, πλανῶν, καὶ τυφλῶν. Qua ex gloſſa liquet Grammaticum eidem verbo binas ſignificationes tribuiſſe, quarum prior huc congruit. Falſi itaque ſunt qui ἀλῶν hic reponi volunt. Activa enim forma ἀλάω non eſt in uſu: ἀλάομαι dixerunt veteres neutrali ſignificatione.

4. ὦ Εὐριπίδη. Sic cod. Vulgo ſine eliſione ὦ Εὐριπίδη. Confer Lyſiſtr. 700.

5. ὅσ' αὐτίκα ὄψει, *quæ videbis.* Sic cod. Vulgo ὅς relatum ad σὺ, *qui videbis.*

11. Hæc vulgo male Mneſilocho continuantur. In cod. lineola mutatæ perſonæ index, quæ huic verſui præponi debuit, librarii errore initio ſequentis poſita.

13. τότε hîc *olim* notat. Vide ad Lyſ. 1023. male Kuſterus vertit *tunc*.

16. πρῶτ' ἐμηχανήσατο. Sic bene Kuſterus. Priores editt. ut cod. πρῶτα μηχανήσατο.

18. ἀκοὴν δὲ χοαντῆς. Facete Comicus tragico ſtylo loquentem inducit Euripidem, ſimulque Tragicos irridet, qui hujusmodi nominum commutationibus, a vulgi ſermone alienis, dignitatem orationi ſuæ conciliabant. De iſta figura vide quæ obſervavi ad Æſch. Perſ. 94. & ad Eurip. Hec. 432.

20. ἥδομαί γε τουτί. Sic cod. & vett. editt. quinque. In Frobeniana typothetæ errore ἥδομαι γάρ, contra metri legem. Sed per omnes deinceps editiones propagata fuit turpis menda.

21. οἷόν τε που 'σθ' ἵν. Gravis hîc error in re tenui. Una litera mutata reſcribe οἷόν τι που 'σθ' ἵν. Supra v. 3. ubi recte editum οἷόν τε, perperam cod. habet οἷόν τι. Hîc vero ubi ſententia & loquendi ratio οἷόν τι flagitant, habet οἷόν τε.

22. πῶς ἂν οὖν. Hæc verba vulgo Mneſilocho tributa, & ſeq. duo verſus Euripidi, manifeſta abſurditate. Nobiſcum conſentit cod. in perſonarum diſtinctione.

24. ἔτι προσμάθω. Vulgo προσμάθοις e Zanetti interpolatione. Cod. & Juntina, ut Baſileenſes habent προσμάθοι. Quum iſta loqui facerent Euripidem, neceſſe illis erat verbum in ſecunda perſona ponere. At vero loquitur Mneſilochus: proinde verbum in prima perſona eſſe debet. Accedit linguæ ratio verbum modi ſubſtantivi flagitans, quia ὅπως ſignificans *quomodo* cum futuro indicativo, vel aor. 2. ſubjunctivo conſtruitur. Itaque προσμάθω reponi debuit.

Poſt excuſum hujus editionis textum, interquieſcentibus operis, dum Lugduno adveherentur literarum formæ quibus latina verſio deſcribenda erat, caſu incidi in Reiskii notulas in Ariſtophanem, quas notulis in Euripidem ſubjectas vidiſſe non memineram. Præclari viri,

cujus acumen ingenii & doctrinam plurimi semper feci, in mentem mihi non venerat, forte quia sciebam eum prosodiæ leges, totamque de re metrica doctrinam pro vana atque imaginaria habuisse, quod sane facilius erat, quam eam addiscere; nec operam collocanti mihi in emendando poëta, quæ se offerebant in eo difficultates, facile poterant Reiskium in memoriam mihi redigere. Utut hæc sunt, casu incidi in illius animadversionum libellum, ubi quædam deprehendi, quæ prius cognovisse vellem; & sane illius ope locum hunc melius constituissem. Scilicet sup. versu legendum ἐξεύροις, quod in versione secutus sum.

πῶς ἂν οὖν
πρὸς τοῖς ἀγαθοῖς τούτοισιν ἐξεύροις, ὅπως
ἔτι προσμάθω μὴ χωλὸς εἶναι τὼ σκέλη.

Vices loquendi, quomodo personis essent dividendæ, vidit Reiskius, suaditque ἐξεύροις μ' ὅπως ἔτι προσμάθω. Inserti pronominis με gratiam illi facimus. πῶς ἂν verti debuit per *utinam*. Vide doctissimos viros Marklandum ad Eurip. Suppl. 796. & Valckenarium ad Hippol. 208.

28. ἀκούσω. Sic quidem libri: sed legendum ἀκούω, & verti debuit: *auscultо & taceo ostiolum.*

30. ποῖος οὗτος ὠγάθων. Sic bene Kusterus in notis post Scaligerum. Vulgo ruente versu οὗτος Ἀγάθων.

31. ἔστιν τις Ἀγάθων. Hæc perperam vulgo socero continuata per interrogationem, codex recte genero tribuit, cujus sermonem abrumpit alter.

32. Vulgo sic legitur hic versus: οὐκ, ἀλλ' ἕτερός τις. οὐχ ἑώρακας πώποτε; syllaba ultra numerum excurrente. Kustero *metri gratia* scribendum videbatur οὐχ ἑώρακάς ποτε. Sed ob metrum sermoni proprietas non erat deroganda. οὔποτε, ut observavimus ad Lys. 301. nunquam verbo præteriti temporis jungitur, nec οὐπώποτε verbo temporis futuri: qua de re vide Piersonum ad excerpta ex Herodiano Mœridi subjecta p. 461. & confer quæ notamus ad Vesp. 984. Genuinam lectionem restituit Dawesius, οὐχ ἑώρας πώποτε. Formæ istæ

ἐώρας, ἐώρακας. a librariis non raro permutatæ. Vide quæ notamus ad Pl. 713. Nub. 767. Nihil magis obvium apud Atticos ſcriptores forma illa imperfecti ſeu aoriſti ἐώρων. Lyſias p. 775. οὐ τοίνυν ἄξιον χρῆσθαι τούτοις, οἷς ἐκείνους ἑωρᾶτε ἐξαμαρτάνοντας. Thucyd. VIII. 40. ὡς ἑώρα καὶ τοὺς ξυμμάχους προθύμους ὄντας, ὥρμητο ἐς τὸ βοηδρόμιον. Xenoph. Hellen. p. 22. edit. Lipſ. ἐπεὶ δὲ ἑώρα ἑαυτῷ εὔνουν οὖσαν. In cod. verba οὐκ, ἀλλ' ἕτερός τις, Euripidi tributa ſunt: Mneſilocho autem ea quæ ſequuntur, ſic ſcripta: οὐχ ἑώρακα πώποτε, & ſequens verſus omiſſus.

39. Hic incipit anapæſticum ſyſtema in impreſſis libris peſſime digeſtum, cujus primus verſus parœmiacus eſt, vocis λεὼς duabus ſyllabis in unam coaleſcentibus, & ſpondeo ſubjecta illa catalectica ſyllaba. Hæc quidem minus mihi placent, nec ullus dubito, quin antiqua & ſincera lectio ſit,


εὔφημος πᾶς ὁ λεὼς ἑστω.

43. ἐχέτω δὲ πνοάς. Sic cod. & vett. editt. quinque. In Frobeniana, typothetæ, ut videtur, culpa, πνοιὰς excuſum fuit, turpisque menda per ceteras deinceps editiones propagata fuit.

52. Male hic vulgo famuli perſona omiſſa, lineola indicata eſt in cod. Δρύοχοι ſunt trabes erectæ, carinam ſuſtinentes, quibus ea imponitur, quando conſtruendæ navis exordiuntur opus naupegi. Euſtathius p. 1878. in fine: δρύοχοι δὲ κυρίως, πάσσαλοι, ἐφ' ὧν σὴν χηδὸν διατεθειμένων ἡ τρόπις ἵσταται τῶν καινουργουμένων πλοίων, διὰ ἰσότητα. καὶ ἁπλῶς δὲ εἰπεῖν, δρύοχοι, πάτταλοι ἐκ δρυὸς, ὅ ἐστιν ἁπλῶς ξύλου, καθιστῶντες τὴν τρόπιν ἐν τῷ πίριξ αὐτὴν συνέχειν· ὡς δῆλον ἐκ τοῦ·

πῶς δὲ κατὰ δρυόχων ἐπάγη σανίς; ἢ τίνι γόμφοι
τμηθέντες πελέκει, τοῦτ' ἔκαμον τὸ κύτος;

Diſtichon eſt ex Archimeli Epigr. in Hieronis navem. Quia autem a pangendis his trabeculis conſtruendæ navis initium fiebat, facete ad dramatis exordium locutionem transfert Comicus. Suidas: δρύοχοι, πάτταλοι, οἱ ἐντιθέμενοι ναυπηγουμένης νεώς· καταχρηστικῶς δὲ τὰ προοίμια. Cujus rei in exemplum hunc locum profert. At quod ei



ſubjicit, alio pertinet, ſcilicet ad eam ſignificationem nominis δρύοχος, qua pro δρυμὸς ponitur. Eſt autem pars Epigr. Archiæ VII. Apollonius I. 723.

δίπλακα ποφυρέην περονήσατο, τὴν οἱ ὄπασσε
Παλλὰς, ὅτε πρῶτον δρυόχους ἐπεβήσατο νηὸς
Ἀργοῦς.

56. καὶ γοργυλέτι. Male vulgo καὶ γοργυλίζει, quam verbi formam non admittit metrum anapæſticum. Hunc locum adtigit Bentleius ad Horatii A. P. 441. Sed fefellit eum conjectura, quando verbum finxit γογγυλίζει, quod male tuetur exemplo φάργος, pro φάργυγος: nam illud formatur ab obſoleto recto φάργυξ, eſtque poëtis omnibus uſitatum: γογγυλίζω autem & γογγύλος ſunt vocabula prorſus inaudita. Dixerunt antiqui γοργυλίζω & γοργολέω. Heſychius: γοργυλεῖν, συσπειρᾶσθαι. Huc reſpexit lexicographus; nec tamen animadvertit illius interpres ex eo comicum eſſe emendandum. Eodem modo variatur forma multorum verborum. Latebat apud Heſychium etiam verbum ἀοκλέω carens auctoritate, quod Apollonio reſtitui I. 863. Homeroque plus ſemel reddendum eſſe dixi.

Superiorem notulam cum amico quodam meo Pariſino communicavi, Græcarum Muſarum cultore ſtudioſiſſimo, in primisque docto, a quo facetum hocce reſponſum accepi. *Emendatio tua anapæſtici verſiculi in Theſmophoriazuſis haud ſane inepta eſt: eam tamen minus neceſſariam judico. Et, ut verum fatear, pœnitet me operæ, quam in excutiendis ſcriptis & impreſſis tot libris, conquirendisque exemplis, conteris, ut Ariſtophanis verſus rectis exæques pedibus. Habemus hîc virum longe doctiſſimum, Profeſſorem Regium, qui ſibi & diſcipulis ſuis novum excogitavit proſodiæ Græcæ ſyſtema, cujus ope verſuum ſalebræ nullo labore complanantur omnes. Legas modo recondita doctrina refertam notam in Electræ Sophocleæ v. 21. Ibi diſces verſiculum illum, qui tibi negotium faceſſivit, eſſe, ut aiunt, ὑγιὲς ἕλκος κρότωνος, nec apicem in eo mutari debere. Nam γοργυλίζει facilem ſe tibi præbet, &, prout tibi libuerit, vel primam, vel penultimam corripiet, ita jubente noſtro Pro-*

feſſore. Nec tibi hoc mirum accidere ille velit. Nam qui Ariſtophanem triviſti, ſcire debes, quam ſit verſabilis ejus proſodia, quotque apud eum occurrant ſimilis licentiæ exempla. Pauca quæ advocavit Vir Cl. iſta ſunt. In Equit. 810. Θεμιστοκλεῖ *ſecundam corripit. Ibid.* 803. σἰεμφύλων *primam corripit. In Nub.* 346. παρδάλα *primam corripit. Ib.* 964. πειρατῶλον *antepenultimam corripit. In Av.* 460. σκυτοδέψαι, *& in Pl.* 514. σκυτοδεψεῖν *leguntur penultima brevi.*

Amico meo hæc reſcripſi: „ Quem mihi dicis hominem non „ novi, ſed profecto miror illius νομουσίαν. In illa quam prædicas „ nota vix unum verbum eſt, quod juſtæ reprehenſioni obnoxium „ non ſit. Exempla quæ e tragicis aliisque poëtis neſcio unde cor„ raſit, alias excutiam. Nunc quandoquidem in Ariſtophane verſamur, „ quid de verſibus ex eo prolatis ſentire debeas, paucis tibi decla„ rabo. Priorem ex Equit. verſum ſic dimetimur:

ω πολις | Αργους | κλυειθ' οἱ | α λεγει | συ Θεμιστ | οκλει αν | τιφερι | ζεις.

„ Dic mihi nunc ſodes, an corripitur ſecunda ſyllaba in Θεμιστοκλεῖ; „ nonne συ Θεμιστ – pes eſt anapæſtus? Alter ex eadem fabula ver„ ſus menda inquinatus eſt, quam Kuſterus perite eluit, & ſic in „ editione mea exhibetur:

και χι | δρα φαγων | ἀναθαρρ | ησει | και σἰεμφ | υλω εις | λογον ελ | θη.

„ Nugatur Profeſſor tuus, quando Nubium citat v. 346. ubi quum „ ait παρδάλα poſitum eſſe prima correpta, næ ille oſtendit ſe ana„ pæſticum Ariſtophanium ne quidem ſcire ſcandere. En ut eum di„ metiuntur, qui metra callent.

η παρ | δαλει η | λυκῳ η | ταυρῳ | νη Δι' ε | γωγ' ει | τα τι του | τε.

„ In ejusdem fabulæ v. 964. quis adeo imperitus eſt, ut non videat „ πειρατῶλον ſcribendum eſſe, ut in mea editione legitur ad optimo„ rum codicum fidem? σκυτοδέψαι, σκυλοδέψαι: σκυτοδεψεῖν, σκυ„ λοδεψεῖν ab imperitis librariis & typographis ſæpiſſime permutata „ fuiſſe nemo ignorat, niſi qui in critica plane eſt hoſpes: ſatis fuerat „ Profeſſori tuo legiſſe, quæ in verſum Pluti adnotavit ſummus Hem„ ſterhuſius, in cujus editione legitur, ut in mea, ad hunc modum:

η σκυ | τοτομειν | η πλυνθ | ευργειν | η πλυ | νειν η | σκυλοδεψ | ειν.

» Avium verſus ex eadem ratione ſic legendus:

κακων | δωσιν | παντες εσ' | εργων | χαλκης | κεραμης | σκυλοδρψ | αι.

» Ignorat homo ille anapæſtici metri legem, quam in tetrametris ne » ſemel quidem violatam reperies, *ut pes ultimus, is cui ſyllaba » catalectica ſubjicitur, non alius eſſe poſſit quam anapæſtus.* Etiamſi » concederetur vocalem ante duplicem ψ corripi poſſe, cujus tamen » rei in tota Græca poëſi non unicum exſtat exemplum, dactylus » σκυλοδρψ ne quidem in iſtis duobus verſibus locum habere poſſet. Pro- » feſſori tuo meis verbis dicas velim bene illum facturum, ſi diſcipulis » ſuis præcepta declinationum & conjugationum tradat, auctorem- » que me illi eſſe, ut de proſodia & metris ne verbum mutiat, ne ſi » quis forte in via præteriens homo eruditus eum, quæ ipſe neſciat, » docentem audiat, illi verſiculum illum clamet:

ΕΡΔΟΙ ΤΙΣ, ΗΝ ΕΚΑΣΤΟΣ ΑΝ ΕΙΔΕΙΗ ΤΕΧΝΗΝ.

58. τίς ἀγροιώτας. Perperam vulgo ἀγριώτας cum verſus labe. Eurip. Or. 1271. τίς δ' ἀμφὶ μέλαθρον πολεῖ
σὸν ἀγρώτας ἀνήρ;
Sed eo non reſpexit Comicus, ſiquidem Oreſtes aliquot annis poſt hanc fabulam emiſſus fuit.

60. διὰ τοῦ θριῖκοῦ. Præpoſitio διὰ cum verſus & ſenſus labe vulgo omiſſa.

61. ξυſγοſγυλίσας. Vulgo γοſγυλίσας, reclamante metro. E compoſito ſimplex verbum fecit librarius. Confer notata ad Lyſ. 408. In iſta fabula legitur idem hicce verſiculus diverſa verborum collocatione, 975. ξυσſρέψας καὶ ξυſγοſγυλίσας.

63. ἦπου νέος γ' ὢν ἦσθ' ὑβριſτὴς, ὦ γέρον. Sic perſpicue, diſtincte & optime ſcriptum in cod. Eandem lectionem habet Juntina, unius literæ mutatione depravatam:

ἦ που νέο ἀγὼν ἦσθ' ὑβριſτὴς, ὦ γέρον.

ubi νέο ἀγὼν eſt ex librarii imperitia, exemplar quod ob oculos habebat incurioſe legentis. Correxerunt Veneti νέος ἀγών: poſtea neſcio quis alius νέος ἄγαν, quæ Batavarum & ceterarum deinceps editionum eſt lectio. Et hæc etiam appellabatur recepta lectio, quam

tatione adhiberi ſolita, de qua ſic Pollux IV. 128. καὶ τὸ μὲν ἐκκύκλημά ἐστι ξύλων ὑψηλῶν βάθρον, ᾧ ἐπίκειται θρόνος. δείκνυσι δὲ καὶ τὰ ὑπὸ τὴν σκηνὴν ἐν ταῖς οἰκίαις ἀπόῤῥητα πραχθέντα. καὶ τὸ βῆμα τοῦ ἔργου καλεῖται ΕΚΚΥΚΛΕΙΝ, ὅτε δὲ εἰσάγεται τὸ ἐκκύκλημα, ΕΙΣΚΥΚΛΕΙΝ ὀνομάζεται. καὶ χρὴ τοῦτο νοεῖσθαι καθ' ἑκάστην θύραν, οἱονεὶ καθ' ἑκάστην οἰκίαν. ἡ μηχανὴ δὲ θεοὺς δείκνυσι, καὶ ἥρωας τοὺς ἐν ἀέρι, Βελλεροφόντας καὶ Πέρσεῖς, καὶ κεῖται κατὰ τὴν ἀριστερὰν πάροδον ὑπὲρ τὴν σκηνὴν τὸ ὕψος. Sic legenda Pollucis verba, quæ vulgo mendoſe feruntur: nec mirum, ſi ex iſtis, ἐφ' οὗ δὲ εἰσάγεται τὸ ἐξκύκλημα, εἰσκύκλημα ὀνομάζεται, nihil extundere potuerunt interpretes. Machinæ unum erat nomen ἐκκύκλημα: ſed pro diverſo illius uſu, quo intus in ſcenam, vel e ſcena intro vehebatur perſona quælibet, duplex erat verbum ἐκκυκλεῖν, εἰσκυκλεῖν, quæ ut apud Comicum diſtincta, ſic Onomaſtico fuerunt enotata. Facete noſter Agathonem tragicum poëtam, itemque in Acharn. Euripidem, non pedibus in ſcenæ ſolo gradientes inducit, ſed, tanquam deos aut heroas, ſublimes in machina tragica vectos. Nihil hic viderunt interpretes, qui ἐκκυκλεῖσθαι non ſua propria ſignificatione accipi voluerunt, ſed abſolute pro *apparere*, *prodire*, idque *cum inſolita ſpecie*; quum revera ſignificet *ſublimem in machina inferri*. In fabulæ repræſentatione ſic oſtendebatur Agatho; eodemque modo in Acharnenſ. Euripides. Quapropter poſtquam eum evocavit Dicæopolis, ex interiore ædium, nondum a ſpectatoribus conſpectus, reſpondet: *Evehar quidem in machina ſublimis; ſed deſcendere non vacat.*

98. Κυρήνην δ' ὁρῶ. Nobile ſcortum Cyrene, de qua vide ad Ran. 1328.

100. ἦ τί διαμινύρεται; Sic tam ad metri quam ad linguæ rationem recte emendavit Daweſius vulgatam lectionem διαμινυρίζεται.

103. χορεύσασθαι βοάν, *ſaltando clamorem tollere*. Dithyrambica locutio, quales aliæ nonnullæ in hoc cantico, data opera a Comico conquiſitæ in Agathonis μελοποιίας irriſionem. Hoc non animadvertit Kuſterus, alioquin ei non veniſſet in mentem ξὺν ἐλευθέρᾳ πατρίᾳ χορεύσασθαι βοᾷ, quod utique inſulſum eſt.



104. Agathonem comitantur actores tragici Chori, quem ille udiebat, proximisque ludis populo exhibiturus erat. Non eſt hic norus fabulæ, qui e mulieribus conſtat Cereris & Proſerpinæ feum celebrantibus.

107. δαίμονας ἔχει στεῖσαι. Sic recte Suidas in στεῖσαι ὁ & in ἔσαι, quod animadvertit Toupius III. 120. Jam ante eum e ſola ntentia viderat Reiskius vulgatum ἔχεις mendoſum eſſe, & ἔχει ponendum.

107. ὅπλιζε Φοῖβον. Dithyrambica rurſus locutio: id eſt ἑτοίμαζε ινον εἰς Φοῖβον.

117. κλήζουσα. Sic bene ſcriptum in cod. Vulgo κλείζουσα.

120. Ασιάδος, id eſt, *citharæ*. Etymol. M. p. 153. l. 31. Ασιάς κρούματα, τῆς κιθάρας. οὕτως Ἀριστοφάνης εἶπε, παρῳδῶν τὸ ἐξ ιχθέως Εὐριπίδου. ἡ τρίχορδος κιθάρα οὕτω καλεῖται. εἴρηται δὲ, ὅτι Ασίᾳ τῇ πόλει τῆς Λυδίας κειμένῃ ἐν Τμώλῳ πρῶτον εὑρέθη. Neſcio i unquam urbs exſtiterit, cui nomen Ασία, quam tamen recenſet iam Stephanus. Hujus non meminit Schol. Apollonii ad II. 777. σίαν δὲ ἐνταῦθα τὴν Λυδίαν φησίν. οὕτω γὰρ ἡ Λυδία πρότερον ἐκαῖτο. διὸ καὶ ἡ κιθάρα Ασιὰς ἐκλήθη, διὰ τὸ ἐν τῇ Λυδίᾳ πρῶτον εὑρεῆναι. καὶ Ὁμηρος (Ιλ. β'. 461.) Ασίῳ ἐν λειμῶνι. Explicationem hanc rudite exſecutus eſt Kuſterus.

122. διανεύματα. Forte legendum δινεύματα.

128. ὧν χάριν ἄνακτ' ἄγαλμα Φοῖβον τιμᾷ. Si nullum hujus fabue nactus fuiſſem codicem, non aliter verſiculum hunc ediditſſem, icileque mihi ſe probaſſet eadem iſta lectio a Scaligero enotata, ſive lam e veteri libro excerpſerit, ſive conjectura adſecutus fuerit vir nge doctiſſimus. Ignorabat ſane Kuſterus *quid diſtent æra lupinis*, uando poſthabita optima illa lectione, futilem Biſeti conjecturam mplexus eſt. Quam ſcripturam repræſentavi, eandem plane & perpicue exhibet Auguſt. cod. In Juntina excuſum ὧν χάριν ἄνακτ' ἄγαλ Φοῖβον τιμᾷ, omiſſa ſyllaba ΑΓ, neſcio an librarii qui codicem Urinatem deſcripſit, anne typothetæ culpa. Correctores exercuit, ſed uſtra, hæc menda. Pro ἄγαλ Zanettus edidit ἀγαλ, ſervato τιμᾷ

cum ι ſubſcripto. Poſterior Veneta ad prioris exemplum excuſa habet ἀλλὰ etiam & τιμᾷ ſed ſine ι ſubſcripto, quod typographicum vitium Berglero ſuſpicionem injecit legendum eſſe τίμα in imperativo, quod etiamſi admitteretur, remaneret tamen vox abſurda ἀλλά. Hanc Biſetus in ἄλλος mutavit, ſignificante, ut ipſe juſſit, πᾶς τις: hocque Kuſterus ſecutus eſt, vertens: *quorum gratia regem quilibet Phœbum honorat.*

129. Poſt hunc verſum παρεπιγραφὴ vel ad marginem, vel inter verſus ſcripta, ὀλολύζει ὁ γέρων, ab alio librario in contextum illata fuit, tanquam ſi eſſet verſus fabulæ, depravata inſuper ſcriptura, ὀλολύζεις γέρων. Eam, tanquam inutilem, prorſus omiſi, ut aliam in Lyſ. v. 304.

135. ὅσ᾽ις εἶ. Male in Juntina aliisque quibusdam εἴ τις εἶ, quod eſt etiam in codice noſtro. Zanettus ὅσ᾽ις bene emendavit. Primum in Frobeniana excuſum fuit ὅτις, quod ceteræ deinceps licet pravum retinuerunt.

137. τί βάρβιτος μέλει προκωτῷ; Vulgo λαλεῖ, ſatis inſulſe. Præſtantiſſimi Valckenarii emendationem recepi, quem vide ad Eurip. Hippol. p. 187. Exemplis ibi prolatis adde Noſtrum Eq. 1022.

τί γὰρ ἔσθ᾽ Ερεχθεῖ, καὶ κολοιοῖς, καὶ κυνί;

& Epicharmum apud Stobæum in Floril. Grotii p. 365.

τίς γὰρ κατόπτρῳ καὶ τυφλῷ κοινωνία;

142. Λακωνικαί. ἀνδρεῖα ὑποδήματα. Suidas e Comici Scholiaſte ad Veſp. 1159.

147. τὴν δ᾽ ἄλγησιν οὐ παρεσχόμην. ἀντὶ τοῦ οὐκ ἐλυπήθην. Suidas in ἄλγησις.

153. κιλητίζεις. Vide ad Lyſ. 60.

158. σούπιεσθεν (in Aug. ſcriptum σοὔπιεσθεν) eſſe poſſit pro σοι ὄπιεσθεν, ut ſæpe μούσιν pro μοι ἰσῖν ſcriptum reperitur: μούχρησεν pro μοι ἔχρησεν, μούδόκει pro μοι ἐδόκει, μούσκώμιον pro μοι ἐσκώμιον, de qua ſcriptura non ubivis probanda alibi agam. Hic ſubauditur σοι cum verbo συμπεσῶ, & σούπιεσθεν eſt pro σοῦ ὄπιεσθεν, quod Reiskio etiam placuiſſe video. Male hucusque excuſum fuit σ᾽ οὔπιεσθεν.

ἐσθησὼς pro ἐσθησὶς est in Scaligeri excerptis. Manifesta est causa, cur sæpe commutari debuerint.

161. 2. πρὸ Ἀκαμέων — πρὸ Αἰολαιῆος, pro καὶ Ἀκαμέων & καὶ Αἰολαιῆος.

163. ἀμφοφόρουν τε καὶ διεκλῶντ' Ἰωνικῶς. Egrègia emendatio, quæ sagacitati Jo. Toupii debetur, adeundi ad Suidam I. 128. & Epist. Crit. p. 169. Adtigerat hunc locum etiam Orvillius ad Charit. p. 560. cujus conjecturæ ideo tantum memini, ut ex ambarum comparatione æstimetur quantum *vir viro præstet*. Vulgata lectione nihil est mendosius: ἀμίλροφόρουν τε καὶ διεκίνουν Ἰωνικῶς. In Aug. διεκίνων.

169. ὁ δὲ Ξενοκλέης. Sic ad prosodiæ & metri canonas legendum. In cod. ὁ Ξενοκλῆς, vacuo inter duas voces spatio, & ad marginem repositο δ' αὖ. Sed scripserat Comicus ὁ δέ. In nomine Ξενοκλῆς secunda non magis produci debet, quam in Φιλοκλῆς superioris v. Sæpius in ista nominum forma peccatum, quod partim e codd. auctoritate, partim e metri legibus, partim ex analogia ad evidentiam usque demonstratur. Infra 440. ubi recte edidi,

ὥσθ' ἂν εἰ λέγοι παρ' αὐτὴν Ξενοκλέης ὁ Καρκίνου.

vulgo legitur Ξενοκλῆς reclamante metro: nam nec pyrrichium nec jambum recipit quinta sedes octonarii trochaici, sed bene tribrachyn. Ran. 86. ubi edidi,

ὁ δὲ Ξενοκλέης; — Ἐξόλοιτο, νὴ Δία.

male vulgo legitur Ξενοκλῆς, quum tamen v. 787. veteres etiam impressi legitimam formam ostendant,

οὐ καὶ Σοφοκλέης ἀντελάβετο τοῦ θρόνου;

non vero Σοφοκλῆς. Male vulgo Av. 1295. legitur

Κορυδὲς Φιλοκλεῖ· Χηναλώπηξ Θεαγένει.

ubi e membr. edidimus Φιλοκλέει, & ex analogia similium locorum Ἡρακλέει v. 567. ubi male vulgo legitur Ἡρακλεῖ. In eadem fabula prout vulgo fertur v. 281. in Φιλοκλέους antepenultima producitur contra artem & constantem Comici usum. Tetrameter est trochaicus

ἀλλα | χ' οὑτος | ἑτερος | οὑτος | ἐστὶ | μεν Φι | λοκλε | ους.

Quis neget corruptam esse lectionem? Reposuimus

ἀλλα | χ' οὑτος | ἑτερος | ἀλλ' ἐσ | τιν μεν | οὑτος | Φιλοκλε | ους.

ἔφασκε. Legitimam ſcripturam impreſſi repræſentant in Av. 976. καὶ σπλάγχνα διδόναι ἔνσπλι, quæ in duobus codd. depravata eſt διδόν' ἔνσπλι.

224. Athenienſibus Σεμναὶ θεαὶ dicebantur Erinnyes, quibus eo nomine templum erat juxta Areopagum, quo ſupplices, quemaddum ad alia quoque templa, confugiebant. Vide Equit. 1312. & Meurſium Ath. Att. IV. 1.

227. τὴν ἡμίκραιραν τὴν ἑτέραν ψιλὴν ἔχων, *altera tantum maxilla raſa.* Heſych. ἡμίκρανα, ἡμικεφάλαιον. σιαγόνος τὸ ἥμισυ. Sed depravata eſt apud Lexicogr. ſcriptura. Vel enim ἡμίκρανον legendum, vel ἡμίκραιρα, ut habent Pollucis codd. VI. 160. ubi vulgatum etiam ἡμίκρανα.

231. τί μύζεις; πάντα πεποίηται καλῶς. Sunt iſta omnia Euripidi tributa in cod. recte. Diſtinctionem hanc Zanettus e manifeſto loci ſenſu invexit, quam ſervant altera Veneta & minores Batavæ. Baſileenſes pravam Juntinæ diſtinctionem retinuerunt, quas ſine judicio ſecutus eſt Kuſterus, τί μύζεις Euripidi, πάντα πεποίηται καλῶς Mneſilocho tribuens. Suidas μῦ, μύζει. ἀπὸ τοῦ μῦ παρηκολουθηκέναι τὸ μύζειν, πολλοῖς ἄλλοις ὁμοίως. μύζειν δέ ἐστι, τὸ τοῖς μυκτῆρσιν ἦχον ἀποτελεῖν. Sic ab ὦ admirandi adverbio fit ὤζω, quod occurrit Veſp. 1527. a σχηματισμῷ adverbio φεῦ, φεύζω Berglero obſervatum in Æſch. Agam. 1317. Plura vide in Valckenarii Diatr. Eurip. p. 20. qui Euſtathium emendatione non indigere vidiſſet, ſi uſus fuiſſet editione Romana, in qua emendate excuſum, καὶ φεύζειν, τὸ φεῦ λέγειν.

232. ψιλὸς αὖ στρατεύσομαι. Jocus eſt in ambiguitate vocis ψιλὸς, quæ *glabrum* ſignificat, & *levis armaturæ militem.* Eadem ambiguitas in latina voce *levis.*

235. Cliſthenes, homo effeminatus & pathicus, de quo mentio in Lyſ. 1092. imberbis erat, raſis ſemper malis. Vide infra 583.

246. αἶθος nomen eſt ſubſtantivum, quod κάυμα, ἔκκαυσιν ſignificat: αἰθὸς, ἡ, ὸν, adjectivum, καιόμενος, ἐκκεκαυμένος.

248. Toto pede decurtatus legitur vulgo hic verſus: οἰμώξετ' ἄρ', εἰ τὸν ἐμὸν πρωκτὸν πλυνεῖ. In cod. ἄρ' εἰς τὸν — εἰς depravatum eſt ex εἴ τις. Comico manum ſuam reddidi:

οἰμώξετ'

οἰμώξετ' ἄρ', εἴ τις τὸν ἐμὸν πρωκτὸν πλυνεῖ.

Nauci non ſunt Kuſteri conjecturæ:

οἰμώξετ' ἄρ τις, εἰ τὸν ἐμὸν πρωκτὸν πλυνεῖ.

vel οἰμώξεταί γ' ἄρ', εἰ τὸν ἐμὸν πρωκτὸν πλυνεῖ.

Indefinitum τις omnino requirit linguæ ratio, quod in horum verſuum poſteriore omiſſum: prior alio laborat vitio; poëticum ἄρ nullibi, quod ſciam, apud Comicum occurrit.

250. ἱμάτιον γοῦν χρῆσον ἡμῖν τουτοί. Sic bene cod. quod jam ad ſententiæ ductum in Batavis minoribus repoſitum merito adſumſit Kuſterus. Vett. editt. perperam τουτωί, quod e Bergleri criſi in noviſſima reponi debuerat. τουτοί, δεικλικῶς. Repræſentat ſcena interiorem Agathonis domum.

252. τί οὖν λάβω; Perſonæ hic erant vulgo admodum confuſæ. Perperam hæc Euripidi tribuebantur: interrogatio eſt Mneſilochi, cui ſoli Agathonis reſponſum congruit ἐνδύου. Si enim Euripidi dictum eſſet, uſus fuiſſet verbo, non *medio*, ſed *activo*. Diverſa ſunt ἐνδύεσθαι & ἐνδύειν τινά. Conſer Lyſ. 1021. infra 636. ἀπόδυσον αὐτόν. Mox quæ dicit Agatho, σύζωσον ἀνύσας, ad Euripidem directa, male Kuſterus vertit, *quin ſuccingere te properas*: hoc ſenſu medium requiritur συζώσασθαι. Verba αἶρε νῦν εἱρόφιον a præcedentibus & ſequentibus in codice lineolis diſtincta ſunt, recte: ſunt Mneſilochi, cui verſus etiam 254. tribuendus erat.

260. ἄρ' ἁρμόσει μοι; In cod. hic ſcriptum ἦ β' ἁρμόσει: at mox infra, ut vulgo, ἄρ'.

261. φέρ' ἔσκυλον. Ex hoc loco manifeſtum eſt ἔσκυλον fuiſſe veſtimentum exterius, ἐπίβλημα: πρόκωτον vero, interius, ἔνδυμα. Crocotam jam induerat Mneſilochus, cui ſupra v. 253. dixit Agatho, τὸν πρόκωτον πρῶτον ἐνδύου λαβών. Veſtimentorum omnium ultimum, quod aliis ſuperinjiciebatur, erat ἔσκυλον, *palla*. Hoc liquet etiam e loco infra 499. ubi dicitur mulier expanſo *encyclo* elabentis e conclavi mœchi fugam texiſſe. Falſum eſt igitur, quod Euſtathius in Iliad. p. 976. e Pauſania tradit: φησὶ γοῦν Παυσανίας, ὅτι ἔσκυλον περιπόρφυρον ἱμάτιον, καὶ χιτὼν γυναικεῖος, ὃν ἔνδοθεν ἐνδύνονται γυναῖκες,

εἶτα τὸ ἔνδυμα. λέγεται δὲ, φησὶν, ὑπ' ἐνίων ἐπιγονατὶς, διότι μέχρι γονάτων διήκει. Verum est quod tradit Suidas, ad hunc locum respiciens in ἔσκυκλον. καὶ δῆλον, ὡς τὸ μὲν ἔσκυκλόν ἐστιν ἱμάτιον· ὁ δὲ κροκωτὸς ἔνδυμα. — τουτὶ λάβ' ἀπὸ τῆς κλισίδος. Sic bene Kusterus in notis. Vulgo mendose τουτὶ λάμβαν'.

263. χαλαρὰ γοῦν χαίρεις Φοιβῶν. Sic in cod. scriptum; tum quæ sequuntur alii personæ tributa: unde liquet priora esse Euripidis, posteriora Agathonis. Omnia hæc sua perspicuitate satis se commendant, & versio commentarii instar est. Absurdum in modum perversæ erant loquendi vices, ita ut mirarer, si quisquam unquam scenæ actionem animo concipere potuerit, eamque sibi repræsentare.

272. Hic rursus suismet ipsius verbis loqui facit Euripidem, cujus in Melanippe hic erat versus:

ὄμνυμι δ' ἱερὸν αἰθέρ', οἴκησιν Διός.

Vide Valckenarium Diatr. Eurip. p. 49. ubi Bergleri emendationi meritam laudem tribuit.

273. Hippocratis filiorum meminit Comicus Nubib. 1001. ad quem locum vide.

277. In parepigraphe post hunc versum verba ἱερὸν ὠθεῖται significant scenæ conspectum mutari, & machinarum ope, ut apud nos fieri solet, templum propelli, seu novum scenæ apparatum templi speciem exhibere. Nec de victima hic cogitandum, nec, quod perinde absurdum est, cum Berglero legendum γέφυν ὠθεῖται.

281. Vel hic est hypallage, vel vocum trajectio. Ordo est: ὅσον τὸ χρῆμα τῆς λιγνύος ἀνέρχεται ὑπὸ τῶν λαμπάδων καομένων. Non male Reiskius:

ὅσον τὸ χρῆμ' ἀνέρχεται τῆς λιγνύος.

Sane in ista lectione nihil est duri nec salebrosi, nec me inviso reciperetur.

283. καὶ δεῦρο, καὶ πάλιν οἴκαδε. Hoc & sensus & metrum flagitant. Vulgo posterior copula omissa.

289. καὶ τὸν θυγατέρος χοῖρον — Vulgo sine ullo sensu καὶ τὴν

θυγατέρα χοῖρον — Scaligeri emendationem Kuſtero probatam, &, opinor, nemini non probandam, recepi.

291. καὶ πρὸς φάλητα. In cod. ut in Juntina πρὸς θάλητον, quod plane nihil eſt. Editt. Venetæ φαλικὸν, quod ad verum propius accedit. Genuinum eſt, quod repoſuimus e Biſeti vel Scaligeri ſententia: uter enim prior ſic emendaverit, neſcio. φαλικὸν eſt canticum in honorem Bacchi. Vide Acharn. 261. φαλὸς vero, φαλῆς, ſeu φάλης, eſt virile membrum cujus effigies in Bacchi ſacris geſtabatur. In faceto oraculo mulieribus edito, Lyſ. 771. ἀποσχωνταί τε φαλήτων. Vellem Kuſterus nihil ultra quæſiviſſet, cui de ſua conjectura καὶ πρὸς θύλακόν τε facimus gratiam.

295. Perſona eſt κήρυξ. Feminino nomine melius indigetata fuiſſet κηρύκαινα. Nam præconis officio fungitur hîc mulier. Quippe ſacris illis vir nullus intererat. Quæ ſequuntur autem preces & imprecationes, facete ritus adumbrant, qui in populi concionibus obſervabantur, de quibus videndus Sam. Petitus Leg. Att. p. 288.

320. θηροφόνε. Hanc nominis formam Theognidi Megarenſi reſtituo, cujus in fragmentorum initio θηροφόνη legitur, forma inuſitata: debetur ea librario ignoranti vocalem brevem in cæſura produci: ſcripſerat antiquus poëta:

Αρτεμι θηροφόνε, θυγάτηρ Διὸς, ἣν Αγαμέμνων
εἴσαθ', ὅτ' ἐς Τροίην ἔπλεε νηυτὶ θοαῖς.

324. οἰσιροδόνητον. Sic bene cod. & vett. editt. omnes. Qui e Suida in οἶστρος repoſuit οἰστροδίνητον, metrum ſusque deque habuit. Eſt hic verſus dimeter anapæſticus. In δινέω compoſitis & derivatis prima longa eſt. Quin Suidæ cod. Kuſtero ipſo teſte, quem mirum eſt tam ſæpe ſyllabarum quantitates non obſervaſſe, habet οἰστροδόνητον.

339. συσκατάγειν. Excudi debuit ξυσκατάγειν.

340. κατεῖταί τις. Male vulgo, vitiato metro, κατεῖπεν.

344. ἃ ἄ — In cod. ut in Juntina ſine eliſione ἃ ἄν.

351. πολλὰ δοῦναι κἀγαθά. Sic cod. & Juntina recte, cum utraque Baſileenſi, Pariſina Wecheli, Batavis minoribus. Zanettus

imperite edidit τἀγαθά, quod Kusterus ex Excerptis Scaligeri adsumsit. πολλὰ κἀγαθά formula est Atticis scriptoribus perquam frequentata. Lysias pag. 762. πολλὰ δὲ κἀγαθὰ εἰργασμένος τὴν πόλιν. p. 768. ὅσοι δὲ τὸν δῆμον πολλὰ κἀγαθὰ εἰργασμένοι εἰσί. Vide Lys. 1159. Pace 436. 538. In contrariam partem dicitur πολλὰ καὶ κακά. Vide Eq. 1276. Nub. 1329. notamque ad eum locum & ad Conc. 453. Imitantur Latini. Plautus Pseud. I. 3. 138.

Sed quanquam multa malaque in me dicta dixistis mihi.

366. χώρας ἐπὶ βλάβῃ. Versus est dimeter jamb. brachycatal. Vulgo χώρας οὕνεκ' ἐπὶ βλάβῃ. Importunum illud οὕνεκ' repetiit librarius e v. 360. hic locum non habet. Perspicua est phrasis & omnibus suis numeris absoluta, Μήδους ἐπάγουσιν ἐπὶ βλάβῃ τῆς χώρας.

376. τῶν Θεσμοφορίων, ἢ μάλιστ' ἡμῖν σχολή. Sic liquido codex, optime. Hujus lectionis vestigia servat Juntina, in qua excusum ἢν ἄλλοθ' ἡμιν σχολή. Idem expressum in vett. omnibus editt. nisi quod quædam accentum mutant in ἡμῖν, quod nullius est momenti. In Batavis minoribus e nescio cujus emendatione legitur ἢν ἄλλοις ἐσθ' ἡμῖν σχολῆς. Pejus adhuc Kusterus, ἢν ἄλλοις ἐσθ' ἡμῖν σχολή. Et hæc est demum ea, quæ vocatur *vulgata lectio*, cui temerariam manum admovere nefas. Vapulasset, qui e vestigiis antiquæ lectionis ΗΝ ΑΛΙΣΘ' ΗΜΙΝ ΣΧΟΛΗ, una tantum litera mutata, genuinam revocasset, Η, ΜΑΛΙΣΘ' ΗΜΙΝ ΣΧΟΛΗ. At ego tutelæ sinceri codicis confido, securusque quod res est dicam. Lectio illa vulgata inepta est. ἢν ἄλλοις ἐστὶ σχολῆς, vel σχολή, solœcum est; tum quoad sententiam absurdum. *Placuit mulierum Senatui concilium haberi mane, die medio Thesmophoriorum, si satis est otii.* Nam ἢν ἄλλοις ἐστὶ non significat *Si satis erit*: sed, *Si satis est*. Scilicet ignorabant istæ mulieres, quæ quotannis Thesmophoria celebrabant, an die medio satis otiosæ futuræ essent, ut de re consultarent, quæ ipsis tantopere cordi erat! Tertius festi dies appellabatur ΝΗΣΤΕΙΑ: hunc totum in templo jejunio transigebant, ob eamque causam eum diem concioni præstituerant, quo otium sibi non defuturum sciebant, nec futurum quicquam in mora, quin de Euripidis ultione deliberarent.

Sunt homines cordati, quibus forte prodigioſum videbitur, quod dicebam modo, vapulaturum fuiſſe, ſi quis literarum ductus, quibus conſtat lectio vetus, obſervans, genuinam in eis deprehendiſſet, poëtæque ſuam reſtituiſſet manum. *Quis*, inquient illi, *adeo morofus, tam ab omni humanitatis venuſtatisque ſenſu alienus eſſe poſſit, ut manifeſtam labem tam facili medela tolli non gaudeat? Anili iſta erga librariorum & typothetarum errores ſuperſtitione eruditorum animos exſolvit dudum felicioribus ingeniis exculta critica diſciplina, cujus puriori ſplendentem lumine facem extulerunt hujus & ſuperioris ætatis viri præſtantiſſimi, quorum tu ſcripta laudas identidem, e quibusque quantum profeceris ſatis oſtendis.* Recte dicitis, ô boni, & niſi illud ipſum quod res eſt, ſaltem quod eſſe debet. Sed ipſe ego nonne nuper cenſoria notatus fui virgula ob medicinam multo leniorem quam Apollonio feci in verſu depravatiſſimo L. II. 232? Servatam in cod. Bibliothecæ Cæſareæ genuinam lectionem unius, non dicam *literæ*, ſed *lineolæ* defectus vitiabat. Codicis ſcriptura hæc eſt:

ΑΛΛΑ ΜΕ ΠΙΚΡΗ ΔΗΤΑ ΚΑΙ ΙΣΧΕΙ ΔΑΙΤΟΣ ΑΝΑΓΚΗ.

Vidi, & quis id non vidiſſet? ſummæ literæ I imponendam eſſe transverſam lineolam, ut T fieret, unde vera poëtæ manus emerſura erat:

ΑΛΛΑ ΜΕ ΠΙΚΡΗ ΔΗΤΑ ΚΑΤΙΣΧΕΙ ΔΑΙΤΟΣ ΑΝΑΓΚΗ.

Jam vero videatis quibus cachinnis emendationem hanc, ſi modo emendatio dicenda eſt, exploſerit Ariſtarchus in *Eruditorum diario ad menſem Maium an.* 1781. Ecquid tali reponam cenſori? *Fruatur quisque ſuo ſenſu.* Etiamdum verum eſt, quod dixit vetus poëta:

ΠΟΛΛΟΙ ΕΝ ΑΡΚΑΔΙΗ. ΒΑΛΑΝΗΦΑΓΟΙ ΑΝΔΡΕΣ ΕΑΣΙ.

380. τόνδε. διπλικῶς. Subauditur εἰ φανον. Pertinet hoc ad populi concionum ritum, in quibus oratores coronati verba faciebant.

Conc. 130. Τίς ἀγορεύειν βούλεται; —
Ἐγώ. — Περίθου δὴ τὸν εἰ φανον τύχη ἀγαθῇ.

147. Εσθ' ὅτις ἑτέρα βούλεται λέγειν; — Ἐγώ. —
Ἰθι δὴ εἰ φανου.

163. φέρε τὸν σίφωνα. ἐγὼ γὰρ αὖ λέξω πάλιν.

moxque v. 171. eadem qua hîc ellipſi,

αὐτὴ γὰρ ὑμῶν γ' ἕνεκά μοι λέξειν δοκῶ,

ΤΟΝΔΙ λαβοῦσα. Confer Av. 463.

389. ἐπισμῆ. Vide Suidam in hac voce & Heſych. in ἐπισμήχω. Bene interpretantur ἐπιλείβει: ſed neſcio an huic interpretationi melius congrueret ἡμῖν quam ἡμᾶς. Equit. 5.

πληγὰς ἀεὶ προσλείβεται τοῖς οἰκέταις.

Ob literarum compendia quibus utebantur librarii ſæpe commutati hujus pronominis caſus. Vide infra ad 571.

390. ἔμβραχυ. Cod. & Juntina male ἐν βραχύ. Mendam fucavit, non ſuſtulit Zanettus reponendo ἐν βραχεῖ. Vide Heſychii interpretes ad ἐμβραχεῖ & Ruhnkenium ad Timæum v. ἔμβραχυ. Occurrit hoc adverbium rurſus Veſp. 1120.

392. τὰς μυχοτρόπους, id eſt, Kuſtero interprete, *clandeſtinis moribus præditas, ſubdolas, fallaces.* Sed nullibi vox iſta exſtat, nec alia nititur fide quam librarii errore. In cod. ſcriptum μῦχλρέπους: in Juntina μυχολρόπους. υ & οι eodem efferebantur ſono; inde tot horum elementorum permutationes, vocumque depravationes. Geminum exemplum vide infra 501. Mendam ſuſtulit Zanettus hoc loco, reponendo μοιχολρόπους, quæ vera ſcriptura eſt, confirmata a Suida in οἰνοπίπας. Operæ pretium eſt integram hujus obſervationem e variis Grammaticorum veterum ad hanc fabulam ſcholiis excerptam legere. Οἰνοπίπας, τὰς τοὺς οἴνους περισκοπούσας, ὡς Ὅμηρος παρθενοπίπας (Ιλ. λ'. 385.) Ἀριστοφάνης φησί· Ποῦ δ' οὐχὶ —

τὰς μοιχολρόπους, τὰς ἀνδρεραστρίας καλῶν,

τὰς οἰνοπίπας, τὰς προδότιδας —

ὁ μὲν οὖν Σύμμαχός φησι παρὰ τὸ πιπίζειν τὸν οἶνον. ἐγὼ δ' οὐχ ὁρῶ τὸ πιπίζειν ἐπὶ ταύτης τῆς ἐννοίας παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς κείμενον, ἀλλὰ κατὰ μίμησιν φωνῆς λεγόμενον. ἄμεινον οὖν, ὥσπερ παιδοπίπας λέγεται, οὕτω καὶ οἰνοπίπας. οἰνοπίπας οὖν ἀντὶ τοῦ μέθυσος· παρὰ τὸ πιπίζω, ὃ ἐστὶ μυζᾶν, ἢ μυζᾶν. Vides de lectione conſenſiſſe veteres criticos, de illius interpretatione in diverſa abiiſſe. Licet πιπίζειν Atticis fere

nihil aliud ſignificaverit quam *pipiare*, verbo ad imitationem avium quarumdam vocis effecto, potuit tamen Ariſtophanes nomine οἰνοπίωνος uti, derivato ab eodem verbo ſignificante ποτίζειν, ſeu μυζᾶν. Gloſſarium vetus: ἐκπιπίζει, *exſugit*: vide Heſychium in πιπίζειν. Derivationi ab ὀπιπεύω, unde eſt Homericum παρθενοπίπης favet Comici locus in Lyſ. 426.

ποῖ δὲ σὺ βλέπεις,
οὐδὲν ποιῶν ἀλλ', ἢ καπηλεῖον σκοπῶν.

Cod. & editt. omnes habent οἰνοπότιδας, quod mihi nunc, ut olim Kuſtero, e gloſſa ſubornatum videtur. Etſi mihi primum valde arrideret οἰνοπίπας, quin illud vulgato præferrem, obſtitit H. Stephani judicium Theſ. T. II. col. 1243. tum quia Euſtathius qui bis aut ter ex Eq. 407. notat nomen πυρροπίπης, iſtius οἰνοπίπης non meminit, quod non prætermiſſurus fuiſſe videbatur, ſi illud in Comico legiſſet. Sed fateor parum momenti his rationibus ineſſe, quas prægravat veterum Criticorum auctoritas, quos e Suida conſtat non aliter hoc loco legiſſe, quam οἰνοπίπας. Hoc itaque & μοιχοτρόπους lectorem reponere velim. Confer notam infra 432.

400. ἐάν γε τις πλέκῃ. Sic bene Kuſterus in notis. Vulgo titubante metro ἐάν τις —

404. τῷ Κορινθίῳ ξένῳ. Irriſio eſt Euripidis Sthenebœæ, cujus fragmentum quo reſpexit Comicus ſervavit Athen. p. 427. E. Τοῖς δὲ τελευτηκόσι τῶν φίλων ἀπένεμον τὰ πίπλοντα τῆς τροφῆς ἀπὸ τῶν τραπεζῶν. διὸ καὶ Εὐριπίδης περὶ τῆς Σθενεβοίας φησὶν, ἐπειδὴ ἐνόμιζεν τὸν Βελλεροφόντην τεθνάναι·

πεσὼν δέ νιν λέληθεν οὐδὲν ἐκ χερός,
ἀλλ' εὐθὺς αὐδᾷ ΤΩι ΚΟΡΙΝΘΙΩι ΞΕΝΩι.

405. εὐθὺς ὦδελφός. Sic bene Scaliger in Excerptis. Vulgo ruente metro ὀδελφός.

413. Euripidis verſus e Phœnice. Fragmentum exſtat apud Stobæum Floril. Grotii pag. 293. ſic in Musgravii editione emendatum:

μοχθηρόν ἐστιν ἀνδρὶ πρεσβύτῃ τεκνοῦν,

δμώς τ' ἔσ'ιν, ἔστις οὐκεῖθ' ἁρπάσῃ γαμεῖ.
δέσποινα γάρ γέροντι τυμβίῳ γυνή.

414. διὰ τοῦτο. Sic bene cod. *propter hunc Euripidem, per hunc, hujus opera.* Frequens apud Comicum hæc ſignificatio præpoſitionis διά. Vide infra 864. Vulgo διὰ τοῦτο.

419. αὐταῖσι ταμιείου προκιρούσαις. Sic bene Kuſterus in notis. Corrupte vulgo αὐταῖς ταμιεύεσθαι. Signatum verbum προκιρεῖν, *e penu aliquid promere*, illuſtratum a Caſaubono ad Theophr. Char. p. 141. edit. Lugdun. an. 1599. ubi e Diogene Laërt. ſimile exemplum adducit: ἐπιθὰν γάρ τι πρείλοι τοῦ ταμιείου. — λαθεῖν. Hoc ſolum in vulgata lectione emendandum videbatur Scaligero, bene reponenti λαθεῖν, quod ſerius quam oportuit animadverti. Sæpe hæc verba, unico elemento differentia, perperam commutata. προκιρούσας λαθεῖν, tantumdem eſt ac λάθρα προκιρεῖν.

421. De ratione ſerarum, peſſulorum, clavium quibus utebantur veteres, videndus Salmaſius in Plinianis p. 649. ſeqq. Laconicæ clavis mentio etiam apud Plautum Moſt. II. 1. 57.

clavim mi harunce ædium Laconicam
jam jube efferri intus: hasce ego ædes occludam hinc foris.

424. ἵν' ἀλλ' ὑποίξει. Recte Kuſterus obſervat ἀλλά hic ſignificare *ſaltem*, ut ſupra 250. ἀλλὰ γοῦν: *quod notandum* quidem, non tamen ut aliquid raro obvium. Quin ſatis frequens eſt. Vide Nub. 1364. 1369.

425. δακτύλιον, *anulum ſignatorium.* Viris, etiamſi clave Laconica cellæ fores occluſiſſent, metuendum erat, ne qualicunque artificio mulieres clauſtra reſerarent, quod difficile non erat, pro rudi ſerarum illo ævo fabrica: idcirco ne ſibi imprudentibus fraudem illæ facerent, cellæ oſtium obſignabant, impoſita cera, ἐνώτῳ, impreſſoque ceræ anuli ſui ſigno. Vide Lyſ. 1195. Sed cautelam hanc etiam irritam reddebat mulierum callíditas. Quippe tribus obolis, id eſt, viliſſimo pretio, unaquæque ſibi comparabat anulum eodem inſculprum ſigno, quo mariti anulus, ejusque ope, poſtquam in penum ingreſſa quæcunque libuiſſet ſuffurata eſſet, idem reponebat

ſignaculum, ita ut a marito fraudis argui non poſſet. At vero queritur mulier noſtra, ſibi nullam amplius relictam eſſe rationem latenter & impune in penum ſe penetrandi, poſtquam viros docuit Euripides ceram obſignare, non, ut antea, anulo, ſed ligno a teredinibus pertuſo, cujuſmodi ſigilla ſinguli appenſa geſtabant. Nam ſignacula illa mulieres imitari non poterant, quum foraminum in ligno modum & diſpoſitionem non cognoſcerent; & niſi unaquæque eodem ligni fruſto potiretur, quo maritus ceram ſignarat, nulla alia fraude furta celare potis erat. Hic eſt hujus loci ſenſus, unde liquet Berglerum male δακτύλιον interpretari *clavem annulatam*: nec melius, quod ſane miror, Salmaſium hoc nomine intelligere *ferreum digitulum*, ſeu inſtrumentum illi ſimile quod nos vernacula lingua *un roſſignol* appellamus. Alludit autem Comicus ad Euripidis drama quod non exſtat.

428. τούτῳ δοκεῖ. Sic optime codex. In Juntina aliiſque vett. omnibus mendoſe ταῦτα δοκεῖ. Dativum τούτῳ ſententia & conſtructionis ratio flagitant: *Nunc igitur mihi placet huic homini, Euripidi, perniciem nos moliri.* τούτῳ, τοῦτο millies a librariis commutata: nec ſatis erat cauſæ cur aliter fieret, maxime ſi dictantis verba exciperent. Quod in editione Kuſteri reperio τοῦτό γε δοκεῖ, ſcioli emendatio eſt. In Ran. 861. ubi vulgo etiam bene editum εἰ τούτῳ δοκεῖ, Reg. cod. habet τοῦτο, gemello errore.

429. κυρκανᾶν. Sic cod. & Juntina recte. Prioris Baſileenſis menda κυρανᾶν in Venetas & Pariſinam Wecheli tranſiit. Frobenius paulo melius edidit κυκανᾶν, quod per alias deinceps editiones propagatum fuit, Kuſtero tamen in notis monente legendum eſſe e Suida κυρκανᾶν. Hoc merito in textu repoſuit Berglerus: ſed quod dicit ita in Farrei editione eſſe, id eſt in poſteriore Veneta, falſum eſt.

430. μιᾷ γέ τῳ τέχνῃ. Juntina editio & aliæ deinceps omnes præter noviſſimam habent μιᾷ γέ τῃ τέχνῃ, immo recentiorum aliquot pejus adhuc τῇ. Hoc non ſolum non *Atticum*, ſed ne *Græcum* quidem eſt. Scaliger emendabat μιᾷ γέ τοι. Verum vidit Berglerus, idque in textu repoſuit μιᾷ γέ τῳ. Raro bono illi viro contigit,

locatitias, quas aliquis faciendas locaverat pacta mercede. Athenæus p. 620. C. συνθηματικοῖς στέφανοι, ἠργολαβημένοι καὶ ἐκδόσιμοι. Nominis rationem explicat Casaubonus. Pollux VII. 200. συνθηματικίους δὲ στεφάνους εἴρηκεν Ἀριστοφάνης, τοὺς ἠργολαβημένους, οὓς οἱ νῦν ἐκδεσίμους λέγουσι. Ad quem locum videndi interpretes.

463. νόημ' οὐδ' — Sic cod. Vulgo νόημα οὐδ', ingrato cum hiatu & metri labe. Tetrameter est pæonicus brachycatal.

465. Versus est tetrameter trochaicus. Genitivi ὕβρεως duæ ultimæ syllabæ in unam coalescunt.

469. ὀναίμην. Mendose vulgo ὀνοίμην. Prius e Suida reponendum esse monuit Toupius Emendatt. T. II. p. 173. In cod. ut in vett. editt. scriptum ὀνοίμην & v. abhinc secundo ἐν ἀλλήλοισιν, ex eadem corruptelæ causa, nempe commutatione diphthongorum αι & οι, quas perversa pronuntiatione eodem efferebant sono. Ut hîc ὀναίμην, ita mox ἀλλήλαισι reponi debuit, non, quod in recentioribus editt. est, ἀλλήλοισι. ὄναιτο recte editum Pl. 1062. ὄναιτο, Nub. 1237.

472. κουδεμί' ἐκφορὰ λόγου. Vulgo absque sensu legitur κουδεμί' ἔκφορος λόγου. Certam Valckenarii emendationem recepi prolatam ad Eurip. Hippol. 294.

473. τί ταῦτ' ἔχουσαι κεῖνον αἰτιώμεθα; ταῦτα construendum cum αἰτιώμεθα, ut in simili versu Acharn. 514.

τί ταῦτα τοὺς Λάκωνας αἰτιώμεθα;

Participium ἔχουσαι abundare videtur: sed est ἰδίωμα Attici sermonis, hypallage participii & verbi, sic resolvenda: τί ταῦτα ὑπάρχοντα ἐκεῖνον αἰτιώμεναι; formulam illustrat Kœnius ad Corinthum p. 63. Exempla apud Atticos poëtas passim obvia. Infra 852. Ran. 202. οὐ μὴ φλυαρήσεις ἔχων. Av. 341. τοῦτο μὲν λῆρος ἔχων καθαρόν. Conc. 853. τί γὰρ ἔσθ' ἔχων; 1151. τί δῆτα διατρίβεις ἔχων; Nub. 131. τί ταῦτ' ἔχων σθραγγεύομαι; 509. τί κυπάζεις ἔχων περὶ τὴν θύραν;

477. Vulgo legitur uno pede mutilus hic versus, ξύνοιδ' ἐμαυτῇ πόλλ'· ἐκεῖνο δ' οὖν. Voculam quæ exciderat felici conjectura Comico restituit Daweſius:



ξύνοιδ' ἐμαυτῇ πολλὰ δεῖν· ἐκεῖνο δ' οὖν
δεινόταλον. —

Quod elegantiſſimum eſt. Futilia aliorum commenta referre operæ pretium non eſt. Suppoſitum a Biſeto fulcrum ὅτι ſervarunt minores Batavæ, quo prudenter carere maluit Kuſterus.

479. Cod. & Juntina παρ' ἐμοὶ καθεύδειν. Zanettus emendavit παρ' ἐμοὶ 'κάθευδεν. Melius fuiſſet παρ' ἐμοὶ καθεύδειν. Apoſtrophus eliſi augmenti index hic minime neceſſarius eſt, quia Attice tam bene καθεῦδον dicitur, quam ἐκάθευδεν: illud augetur a verbo, hoc a præpoſitione. εὕδω, imperf. εὗδον, καθεῦδον. Sic ἧντο, καθῆντο, ἐκάθηντο. Vide Sylburgium in notis ad Clenardum p. 461. καθῆντο non caret augmento, nec ſimilem admittit eliſionem in Eurip. Bac. 1042.

ἔνθα Μαινάδες
καθῆντ', ἔχουσαι χεῖρας ἐν τερπνοῖς πόνοις.

Scaliger legebat κἀθηῦδεν, quod perinde eſt. Vide quæ notavi ad Eurip. Hec. 18. Infra 794. εὕρετε, non ηὕρετε.

480. οὖσαν ἐπλέτιν. Cod. & vett. editt. male ἐπλέτιν οὖσαν. Ad metri legem Kuſterus voces transpoſuit. In cod. ſcriptum διεκόρευσεν. Pollux III. 42. hunc locum citans habet διεκόρησεν. Hac forma utitur Lucianus cum alibi, tum in Dial. Neptuni & Enipei T. I. p. 320. ὑπελθών μου τὴν ἐρωμένην, εἰκασθεὶς ἐμοὶ, διεκόρησας τὴν παῖδα. Illa vero in dialogis meretriciis T. III. p. 309. τὴν ἐκ Πειραιῶς, τὴν ἄρτι διακεκορευμένην. Confer notam ad v. 760.

482. κἄτ' εὐθὺς ἔγνων. Cod. κατευθύς. Vett. editt. κατ' εὐθύς. Frequens error in permutatione vocum κἀτὰ & κατά.

487. κἀλαχίασα τοῦ σἰροφείου ὕδωρ. Plautus Curcul. I. 3.

Placide egredere, & ſonitum prohibe forum, & crepitum cardinum, ne quod hic agimus herus percipiat fieri, mea Planeſium. mane, ſuffundam aquulam.

489. Heſychius: Ἀγυιεύς, ὁ πρὸ τῶν θυρῶν ἐξέχων βωμὸς ἐν σχήματι κίονος. Ad quam gloſſam vide interpretes. — κύδ' ἐχομένη τῆς δάφνης. Sic legendum eſſe viderunt Berglerus ad hunc locum, & Pierſonus ad Mœrin p. 6. & per ſe res eſt manifeſta. Adverbium

non fuisse, Conc. 524. Quod autem ad græca verba adtinet, certissimam Daweſii emendationem recepi σκόροδα διαμασώμεθα. Confer quæ notavi ad Lyſ. 408. 1019. Ultimam ſyllabam nominis σκόροδα abſorpſit ſequens præpoſitio, quam poſtea a verbo ſuo divulſerunt. Adde quod Comico σκορόδια ſint, non alliorum quod manditur, capita ſcilicet, ſed caulis & folia. Vide Schol. ad Pluti v. 818. ἀπεψώμεσθα — σκοροδίοις; ὑπὸ τρυφῆς ἑκάστοτε.

495. Sic vulgo legitur hic verſus:

ἵν' ὀσφρανόμενος ἀνὴρ ἀπὸ τοῦ τείχους εἰσιών.

quod quidvis potius eſſe dicas, quam jambicum ſenarium. Kuſteri ineptias a Daweſio confutatas referre nihil adtinet. Verſum autem ſic reſtituiſſe ſibi viſus eſt eruditus Britannus:

ἵν' ὀσφρόμενος ἀνὴρ ἀπὸ τοῦ τείχους ἰών.

Miror virum naris tam emunctæ non ſtatim odoratum fuiſſe, quid in vulgata lectione genuinum, quid ſpurium eſſet. εἰσιών a poëta eſt, & omnino retinendum: ὀσφρανόμενος ab interpolatore & ejiciendum. Hoc ex antiqua interlineari gloſſa in textum ſe intruſit, quod ut metrum obruit, ita phraſin fruſtra onerat. Nam cui rei iſtud ὀσφρανόμενος vel ὀσφρόμενος addidiſſet poëta? Eſtne ad ſententiæ perſpicuitatem neceſſarium? nonne ſatis per ſe intelligitur *odoratu* maritum percipere uxorem ſuam allia comediſſe, & exinde patrati cujuspiam flagitii ſuſpicionem a ſe ſegregare? quo enim alio ſenſu, aut quo indicio, quove argumento id cognoſcere poſſit, niſi quia domum *ingredientem*, εἰσιόντα, afflat eum diffuſus odor allii, quem graviorem adhuc exſpirat os mulieris. *Olfaciendi* itaque hoc verbum prorſus eſt inutile. Hujus ego librario gratiam facio, voculamque, quam longiori cauda everrerat illud gloſſema, revoco εὐθύς, & totum verſum ſic reconcinno, e ſimili loco ſupra 395.

ἵν' εὐθὺς εἰσιὼν ἀπὸ τοῦ τείχους ἀνὴρ
μηδὲν κακὸν δρᾷν ὑποτοπήσηται.

Meliora adferat, ſi quis me Comico, tanquam cadaveri, quod impune ſecare licet, medicinam facere crimineturi.

500.

500. ὑπ' αὐγάς. Eurip. Hecuba 1140.

ἥνουν δ', ὑπ' αὐγὰς τοὐσδε λεύσσουσαι πτόλιν.

501. τὸν μοιχόν. In cod. τὸν μῦχόν, ut ſupra 392. τὰς μῦχοθρόους: Juntina τὸν μυχόν, quod Zanettus retinuit, aliique deinceps usque ad Frobenium, qui recte emendavit μοιχόν. Supra 343. 345. accurata ſcriptura eſt hujus nominis in cod. nec in Juntina vitiata. Ut autem hîc omnino reponi debuit μοιχόν, ita illic nihil erat cauſæ, quin μοιχοτρόπους reponeretur.

502. ἐγφδ'. Sic recte cod. ut ſupra 442. ἐγῴμαι. Perperam vulgo ἐγ' ᾠδ'. Vide quæ notavi ad Eurip. Med. 39.

506. Huc pertinet Heſychii gloſſa: Κηρίῳ βύσασα. εἰς τὸ σβόμεν τῶν παίδων ἐτίθεσαν κηρίον, ὑπὲρ τοῦ μὴ βοᾶν, ὅπότε ὑποκάλλιεν.

509. τὸ γὰρ ἧτρον τῆς χύτρας ἐλάκιεσε. Pro χύτρας alios habere μήτρας teſtatur Scaliger. Quinam ſint iſti *alii*, neſcio. Sane ſex vett. editt. & cod. Auguſt. χύτρας exhibent, ut & Suidas. Kuſterus vero ſic ad hunc locum commentatur: *χύτρας præter exſpectationem hîc dictum eſt pro μήτρας. Niſi potius legendum ſit μήτρας, ut in Excerptis Scaligeranis reperio.* Scilicet ignorabat ille ſpondeum e quarta ſenarii ſede perpetuo exſulare. Itane metricarum legum imperitum fuiſſe Ariſtophanis editorem?

512. ἢ ἔφερεν τὸ παιδίον. Vulgo ἢ ἔφερε, mendoſe; quia prima verbi ſyllaba elidi debet, ſicque ultima vacillat verſus. Infra 1218. vulgo etiam bene legitur:

τὴν γραῦν ἐρωτᾷς, ἢ ἔφερεν τὰς πτελίδας;

ad quem modum hujus loci ſcriptura reformari debuit.

514. αὖτ' ἔκμαγμα σόν. Sic liquido cod. quod recte poſt Biſetum Kuſterus e Suida in λέων & πόσθιον: e Polluce IX. 131. Euſtathio ad Odyſſ. p. 1857. l. 16. in textu repoſuit. Antea e Juntina legebatur αὖτ' εἶγμα σόν.

520. ταυτὶ, typothetæ errore. Corrige τουτί.

529. Alluſio ad vetus ſcolion, quod exſtat in minori noſtra Anacreontis editione p. 88.

533. Αγραυλον. (typothetæ errore excuſum Αργαυλον) Sic etiam

cod. ſed mendoſa ſcriptura eſt: repone Αγλαυρου. Heſych. Αγλαυρος, θυγάτηρ Κέκροπος. παρὰ δὲ Αττικοῖς καὶ ὀμνύουσι κατ' αὐτῆς. ἡ δὲ ἱέρεια τῆς Αθηνᾶς. Ad quam gloſſam vide Interpretes. Agraulos Cecropis uxor cum filia Aglauro ſæpe confuſa: proclivis error in duarum literarum transpoſitione. Vide Musgravium ad Eurip. Ion. 23. Per Aglauron Cecropis & Agrauli filiam jurabant Atticæ mulieres. Incogitanter in verſione Kuſteri interpretationem retinui *Agraulam*, quo nomine ille perperam intelligit *Dianam agreſtem*. Vide Mauſſacum ad Harpocrationem in περίπολος. Saltem oportebat *Agraulon*. At vero repone *Aglauron*. Ovidius Metam. II. 777.

Pars ſecreta domus ebore & teſtudine cultos
tres habuit thalamos, quorum tu, *Pandroſe*, dextrum,
Aglauros lævum, medium poſſederat *Herſe*.

Nomina ſunt trium Cecropis & Agrauli filiarum, quas a matre Euripides appellat παρθένους Αγραυλίδας. Pauſanias Attic. c. 18. ὑπὲρ δὲ τῶν Διοσκούρων τὸ ἱερὸν, Αγλαύρου τέμενός ἐστιν. Αγλαύρῳ δὲ καὶ ταῖς ἀδελφαῖς Ερσῃ καὶ Πανδρόσῳ, δοῦναι φασὶν Αθηναῖν Εριχθόνιον, καθεῖσαν ἐς κιβωτὸν, ἀπειπούσαν εἰς τὴν παρακαλαθήκην μὴ πολυπραγμονεῖν. Πάνδροσον μὲν δὴ λέγουσι πιθέσθαι· τὰς δὲ δύο, ἀνοῖξαι γὰρ σφᾶς τὴν κιβωτὸν, μαίνεσθαί τε, ὡς εἶδόν τὸν Εριχθόνιον, καὶ κατὰ τῆς ἀκροπόλεως, ἔνθα ἦν μάλιστα ἀπότομον, αὑτὰς ῥῖψαι. In Aglauri templo ephebi, poſtquam Lexiarchico inſcripti fuerant, ſacramentum dicebant, cujus formula legitur in Sam. Petiti Leg. Att. p. 231.

536. Poſt verba εἰ μὲν οὖν τις ἔστιν, aliquid ſuppleri debet. Schema eſt ἀνανταπόδοτον, de quo præter Kuſterum ad Pl. 468. videndus Kœnius ad Corinthum p. 19.

541. ὅσαι πάρεσμεν ἀστοί. Sic liquido codex, optime. Vulgo ſatis inepte, ὅσαι πάρεσμεν αὐταί. Alibi ἀστὸς & αὐτὸς male commutata fuerunt: exemplo ſit Eurip. Or. 902. αὐταὶ hic defendi non poteſt e Spanhemii obſervatione ad Nub. 219. αὐτὸν *pro cive ſubinde dictum*, *intuitu inquilinorum & ſociorum*: cujus rei in exemplum adducit locum ex Acharn. v. 504. ſeqq. Nam hic nec ξένων nec μετοί-



ἀνὴρ mentio ulla eſt, quorum ex oppoſitione intelligi poſſit αὐτοὶ cives ſignificare.

542. ἃ 'γίγνωσκον. Craſis eſt, non eliſio: ideo excudi debuit conjunctim ἀγίγνωσκον. Vocales breves ἃ ἐ in ἀ longum coaleſcunt: alioqui recto talo non inſiſteret verſus. Sic alibi excudi curavi, ut Nub. 1463.

οὐ γάρ μ' ἐχρῆν τὰ χρήμαθ', ἃδανεισάμην.

546. ἐπίτηδες εὑρίσκων. Vulgo ἐξεπίτηδες, quod mendoſum eſſe nemo non vidit. Sublevandus erat verſus inutili gravatus ſyllaba.

549. μίαν γὰρ οὐκ ἂν εἴποις. Vulgo manifeſta menda οὐκ ἄρ' εἴποις. Perſpicue cod. οὐκ ἂν, quod etiamſi ille non ſubminiſtraſſet, repoſuiſſem tamen.

553. ἐπεὶ βούλεσθε πλεῖον εἴπω; interrogative. Græcorum vim non exprimit latina verſio: *quapropter, ſi vultis, plura dicam.* Vertendum erat: *Sin aliter creditis, voltisne plura dicam?* In iſta loquendi formula ἐπεὶ elliptice adhibetur.

554. ἀλλ' οὐκέτ' ἂν ἔχοις, ſupple εἰπεῖν: & ἔχοις accipe pro δύναιο. Sic Lyſ. 565. ex mea emendatione πῶς οὖν ἔξεστ παῦσαι; Nihil notius hac poteſtate verbi ἔχειν. Lucianus T. I. p. 746. πόθεν ἔχεις εἰδέναι; *unde potes ſcire?* p. 445. οὐκέτ' ἂν εἰπεῖν ἔχοις, *dicere nequeas.* — ὅσα γὰρ ἥδεις. E puriori Atticiſmo excudi debuit ᾔδης. Vide notata ad Nub. 329.

555. μὰ τὸν Δί' οὐ τὴν μυριοσθήν. Haud ſane difficile erat labefactatum hujus verſus metrum reparare, cujus vitium editores omnes fugit: nihil enim in eum a quoquam adnotatum reperio. In cod. ut in vett. edītt. μὰ Δί' οὐδὲ τὴν μυριοσθήν: in recentioribus neſcio quo auctore, ſed nihilo melius, μὰ Δία οὐδὲ τὴν —

557. σιφωνίζειν τὸν οἶνον. Vulgo ineptiſſime τὸν σῖτον. Kuſtero reponenti οἶνον adſtipulantur Berglerus & Reiskius poſthabita etiam Suidæ auctoritate, merito. At in interpretatione nominis φλεγίδας hærent viri docti, nec prorſus intelligunt quem ſtrigil præbeat uſum hauriendo e doliis vino. Sane φλεγὶς ea ſui parte qua ſtringit, cutemque abradit, inſtrumentum eſt huic fraudi haud apprime utile:

ſed pars illa ſtringens aptata erat manubrio ſatis longo & cavo, quo facile, tanquam ſiphone, mulieres uti poterant. Hoc primum: eſtque hæc interpretatio ita probabilis, ut, etiamſi nulla alia ſuppeteret, ab hoc σιλφίδας ſuſpicionem omnem vitii amoliri deberet. Sed præterea aliud quid hoc nomen ſignificat, a ſententia hujus loci minime alienum. Nempe fuit quoddam muliebre capitis ornamentum σίλφιον appellatum: aurea erat bractea, quæ facile in culmi formam cogi poterat, ut ea, tanquam fiſtula, mulieres vinum traherent. Hujus rei auctor eſt Scholiaſtes Comici ad Eq. 577. deſcriptus a Suida in σίλφιον. Καλεῖται δὲ σίλφιον, καὶ χρυσοῦν ἔλασμα τὸ περὶ τὴν κεφαλὴν τῶν γυναικῶν. Quod vero addit, vel priorem noſtram interpretationem ſtabilit, vel tertiæ fundamentum ſubſternit: ἢ δὲ σίλφιον τῶν πρὸς ἄλλο τι. οὐ γὰρ πρὸς τὸ περιξύεσθαι ἄν τις αὐτῇ χρήσαιτο μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸ ὕδωρ ἀρύτασθαι. Si cui deinceps negotium faceſſat iſtud σιλφίδας, haud ſane erit, quia neſciet quid ſignificare poſſit, ſed quia dubius hærebit, quamnam e variis ſignificationibus eligat.

558. κρέ' ἐξ Ἀπαλουρίων. Sic diſtincte cod. recte. Sed perperam in eo ſcriptum ὡς ταῦτα. In Juntina ωστ' αὐτὰ κρέξ Απ. Melius Zanettus ὥσθ' αὖ τὰ κρέ' ἀξ Απ. Nondum accurate hic locus excuſus fuerat. Quod ad rem ipſam attinet, videndus Meurſius Gr. Fer. in Ἀπατούρια.

567. οὔποτε μὰ Δία σύ γ' ἄψει. Sic legendum, ut recto talo verſus inſiſtat, ſyllaba vulgo vacillans, οὐδὲ μὰ Δία σύ γ' ἄψει.

568. Φιλίσθη. Sic bene cod. Vulgo Φιλήσθη.

570. τοῦτόν σε χεσεῖν ποιήσω. Pronomen σε, quod exciderat, ſalva loquendi ratione abeſſe non poteſt.

571. γυνή τις ὑμῖν. Sic plene & perſpicue cod. recte. Vulgo ὑμᾶς. Scripturæ compendia, quibus utebantur librarii, maxime in ultimis vocum ſyllabis, multos pepererunt errores.

580. σκοπῆτε καὶ τηρῆτε. Perperam cod. & vett. editt. σκοπεῖτε καὶ τηρεῖτε. Illud jam repoſitum obſervo in priore Batava. — μή τι προσπίσῃ. Sic bene Kuſter, in notis: inconcinne vulgo καὶ μὴ προσπίσῃ.

581. ὑμῖν ἀφραικόμοις. Sic bene cod. Vulgo ἡμῖν.

393. ὅστις τιλλόμενος ἠνείχετ' ἄν; *qui ſibi pilos evelli pateretur?* Hic eſt ſenſus quem perceperunt interpretes omnes; ſed quem e vulgatis elicere non poterant, ὅστις τιλλόμενος ἠνείχετο; Valet hoc, *qui ſibi pilos evelli paſſus eſt.* Infinita ſunt exempla omiſſæ a librariis particulæ ἄν, maxime in verſuum fine. Vide ſupra 196. Lyſ. 141. 301.

594. οὐκ οἶομαι 'γωγ'. Vulgo claudicante verſu, οὐκ οἶομ' ἔγωγ', male eliſa diphthongo, quum vocalis brevis ſeq. vocis elidi debebat. Vide ſupra ad 217. Lyſ. 934.

596. ταῦτα τῶν. Perperam vulgo ταυτὶ τῶν, ſpondeo quartam ſenarii ſedem occupante.

598. ἐλινύειν unico ν ſcriptum in cod. ut illud exhibent editiones omnes. ἐλιννύειν enotatum neſcio unde in Scaligeri excerptis. Præter ea quæ notavi ad Æſchyli Prom. 53. & ad Apollonium I. 862. vide Heynii, elegantiſſimæ doctrinæ viri, notam ad Pindari Nem. V. 2.

600. λέληθεν ἡμᾶς. Sic bene & perſpicue ſcriptum in cod. Vulgo ὑμᾶς. Rurſus commutata pronomina, quorum confuſio in libris fere perpetua eſt.

601. καὶ σὺ ξυνέξευρ' αὐτόν. Perperam vulgo, metro vacillante, συνέξευρ'. Supra 553. bene editum εἰρηχ' ὅσα ξύνοιδ' — Atticum ξύν, quod aliquoties diligentiam noſtram fugit, ubique Ariſtophani reddendum, niſi ſi præcedens vocalis e metri lege corripi debeat. Præſtat hoc Toupii commento prolato ad Suidam III. 83. καὶ σὺ συνεξεύρ' αὐτόν.

603. τίς ἡ πρώτη σύ; Sic recte cod. Vulgo τίς εἶ πρώτη σύ; Articulus hic omnino neceſſarius: at verbum bene ſubauditur. εἶ & η millies commutata. — Verba ποῖ τις τρέψεται; & mox κακοδαίμων ἐγώ, ſecum Mneſilochus dicit ad ſpectatores converſus, quæ ab aliis ſcenæ perſonis non exaudiri fingitur.

605. ἔμ', ἥτις, ἥρου; Sic bene edidit Zanettus. Juntina, ut in cod. eſt, habet ἔμ' εἴτις ἥρου; quam lectionem ſervarunt Baſileenſes & minores Batavæ. Meliorem adſumſit Kuſterus e Pariſina Wecheli:

645. αὖθις εἰς τὸ πρόσθεν οἴχεται. Mallem εἰς τὸ νέρθεν, quod res ipsa flagitare videtur.

647. Hic versus in codicis contextu omissus, in margine ab eadem manu adscriptus est. Bene eum a Biseto monitus Kusterus e Suida in Ἰσθμὸς Comico restituit; sed quod eum uncis inclusit, id minime probandum est. Corinthii, ne totam Peloponnesum circumnavigare cogerentur, naves machinis traducebant per Isthmum ab uno mari ad alterum. Sic intelligi debet vetus Scholiastes, cujus ad hunc locum verba descripsit Suidas: ἐπεὶ τὰς ναῦς διὰ τοῦ ἰσθμοῦ εἵλκον οἱ Κορίνθιοι, ὥσθ' μὴ περιέρχεσθαι. τοῦτο δὲ διϊσθμονίσαι ἐκάλουν. Dicebatur etiam διϊσθμεῖν, ὑπερισθμεῖν, ὑπερνεωλκεῖν, quorum verborum exempla apud Polybium reperiuntur. Male hoc de fossa accepit Kusterus, quum terrestri via navium illa traductio fieri soleret.

651. εἰσεκύλισα. Cod. ut vett. editt. perperam εἰσεκύλησα. Non magis hic quam infra 767. emendari debuit εἰσεκύκλησα.

652. τουτονὶ φυλάττετε. Quis non videt ista in Clisthenis partes transferri debuisse? Absurde vulgo mulieri continuantur. At bene in cod. distincta sunt: post τί δρῶμεν ducta lineola mutatæ personæ index.

653. ὅπως μὴ διαφυγὼν οἰχήσεται. Vulgo deficiente syllaba οἴχεται, quod e scripturæ compendio ortum videtur. Genuinam lectionem certissime restituit Dawesius. Vesp. 51.

ἀρθεὶς ἀφ' ἡμῶν εἰς κόρακας οἰχήσεται.

De his Atticis futuris dictum ad Lys. 459.

654. τοῖς Πρυτάνεσιν. Sic bene cod. Vulgo poëtica forma Πρυτάνεσσιν, quæ ne metro quidem sustentando necessaria est.

655. μετὰ τοῦτ'. Sic cod. & editt. omnes præter novissimam, in qua, nescio unde, ἐπὶ τοῦτ'.

658. τὴν Πυόκα. Male cod. ut Juntina, τὴν πύκνα. Legitimam scripturam reposuit Zanettus & enotavit in Excerptis Scaliger. Suavis est ad hunc locum Kusterus, qui librariorum errores, ubique corrigendos, in exemplum trahit, ut probet e recto πυκ declinari casus obliquos πυκνὸς, πυκνὶ, πύκνα, quod absurdum est. In Pnyce,



de qua videndus Meurſius Ath. Att. II. 9. habebantur populi conciones: ideo templum in quo tunc concioni habendæ congregatæ erant mulieres, facete Comicus Pnycem appellat. διαθρῆσαι. Sic Kuſterus in notis bene. Vide ad Lyſ. 408.

659. ἴλα ſecunda brevi: ſunt enim hi verſus trochaici. Male vulgo hic & mox infra excuſum ἵλα. Eſt autem ἴλα adverbium adhortandi, quod ſæpe apud Comicum recurrit, maxime vero in Pace v. 459. ſeqq. Ab eo, eadem ratione, qua alia ab aliis adverbiis verba, de quibus ſupra ad v. 231. formatur verbum ἰλάζω. Heſych. ἰλάζων, ἴλα ἐπικελεύων. Εὐριπίδης Χρυσίππῳ.

660. In cod. ut in vett. editt. inverſæ cum metri & ſententiæ labe voces: καὶ διασκοπεῖν σιωπῇ μόνον δὴ χρὴ πανταχῇ. Hic rurſus metrum reſtituit Kuſterus. Nihil in codd. frequentius obvium, quam hujuſcemodi vocum trajectiones.

661. ὡς ὁ καιρός. *In prioribus editt. male legitur* ὡς καιρὸς, *omiſſo articulo* ὁ, *quem fulciendo metro hîc inſerui. Sic ſupra in Pluto v.* 255. ὡς ὁ καιρὸς οὐχὶ μέλλειν. KUSTERUS. Quis lecta hac nota non credat Kuſterum e conjectura *inſerſiſſe* articulum ὁ? Quis ejus tergo non timeat, ne cenſoriæ virgæ ſubjiciatur vibicibus? Sed ſecuri eſtote, ô boni: tutum eum præſtabo. Eſt articulus ille ὁ non ſolum in Auguſt. cod., ſed etiam in quinque primis editionibus. Non eo nomine culpandus eſt Kuſterus, quod optima criſi verſum hunc emendatiorem exhibuerit, quam Æm. Portus: ſed quod Ariſtophanem edere aggreſſus, ne unam quidem editionum veterum, quæ alicujus eſſet momenti, conſuluerit.

665. διάρριψον. Male vulgo in trochaico verſu διάρριψον.

669. τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἕσται. Superior verſus & ſeqq. usque ad 673. ſunt anapæſtici, quorum ad normam hic facile redigi poteſt, & , ut opinor, debet. Reſcribe

ἕσται τοῖς ἄλλοισιν ἅπασιν.

678. ποιῶσι. Sic cod. recte. Nullum hic uſum præſtat ν paragogicum in jambico verſu: ideo etiam v. 683. γυναιξὶ lego, non γυναιξίν.

arceſſamus. Moxque in ſcenam cum ſarmentis revérſa eidem ſuæ famulæ ait:

παράβαλλε πολλὰς κλη̃ματίδας, ὦ Μανία.

Deleat itaque lector Mulieris perſonam ante v. 726. eamque margini adſcribat ante verſum 728. — χρὴν σ' ἐκφέρειν τε. In cod. χρὴ μ' ἐκφέρειν τε. In Juntina χρήν σ' ἐκφέρειν τε. Qua in ſcriptura præter accentum imperſonalis verbi nihil mutandum erat. Zanettus tamen pro χρὴν edidit χρή.

730. σὺ δὲ τὸ Κρητικόν. Sic bene Kuſterus in notis: vulgo σὺ τόδε τὸ Κρητικόν. Quod autem ait ille ſyllabam redundare, id falſum eſt:

ὑφαπ̃ | ε και | καλαι | δε σὺ το | δε το κρη | τικον.

Sed anapæſtus tribrachy ſubjectus minus modulatum verſum facit: quod vero præcipuum eſt, particulam adverſativam δὲ ſententia flagitat, non autem demonſtrativum τόδε. Heſych. Κρητικόν. ἱμάτιον λεπτὸν καὶ βραχύ. τὰ γὰρ τοιαῦτα, Κρητικὰ ἔλεγον. Ad quam gloſſam vide Interpretes.

735. ποτίσλαται. De hac ſuperlativi formatione Atticis ſcriptoribus familiari agit Euſtathius ad Odyſſ. p. 1441. plurimis adductis exemplis. Sic Ran. 91. λαλίσλερα. Pl. 27. κλεπτίσλατον. Acharn. 425. πλωχισλίρου.

745. τυπτοῦτον ἄν; τυπτοῦτο. Vulgo bis τυπτοῦτο. Cod. priore loco τυπτοῦτον, bene ſaltem quoad viratum hiatum. Dicitur τυπτοῦτον & τυπτοῦτο in neutro, ut τοσοῦτον & τοσοῦτο.

746. γέγονε. Vulgo γέγονεν.

747. σχεδὸν τοσοῦτον καὶ ὅσον ἐκ Διονυσίων. Sic cod. & vett. edit. omnes. Kuſterus neſcio unde, χ' ὅσον ἐκ τῶν Δ. Obſerva autem in hoc verſu quater recurrere eundem finem ον. Scribe σχεδὸν τοσοῦτο καὶ ὅσον —

748. μὰ τὸν Ἀπόλλω τουτονί. Hic certe particula μὰ per ſe negat, quum nec præcedat nec ſequatur alia negatio, nec particula adverſativa. Sic rurſus infra 897. Eq. 336. 339.

749. ἐμπίμπρατε. Vide ad Lyſ. 311.

754. Suidas: σφαγεῖον, τὸ τοῦ αἵματος δεκτικὸν ἀγγεῖον, ὃ εἶπεν ὁ ποιητὴς (Od. γ'. 444.) ἀμνίον.

758. Creticam veſtem, qua bibacula mulier utrem vini plenum involverat, ut ſpeciem infantis præberet, projicit ei Mneſilochus, tanquam victimæ pellem. Alludit autem ad ſacrorum morem, quo ſacerdotibus cedebant reliqua e victimis, ſcilicet pelles & κωλαῖ. Vide Petitum de Leg. Att. p. 75.

760. ἐκκορέω idem ſignificat, quod διακορέω, de quo ſupra ad v. 480. & ſic forte intelligendus eſt Heſychius in gloſſa ἐκκορεῦσι, φθείρουσιν. At hîc valet τὴν κόρην ἀφαιρεῦμαι. Ludit in ambiguo Comicus: *Quis te devirginavit?* pro *Quis tibi puellam tuam ademit?* Priori modo ambiguitas in verſione exprimi poterat, idque eo magis fieri debuit, quod ſequens verſus nulli alii rei additus videatur, quam ut ambiguo ἐξικόρησε interpretamento ſit. *Miſerrima Mica, quis te devirginavit? quis dilectam & unicam filiolam tibi eripuit?*

766. τίς ἐπίνυσ'; Male vulgo ſine eliſione ἐπίνυσε.

767. κἄμ' ἐσκυλίτας. Neſcio qui Kuſtero in mentem venerit genuinum hic eſſe ἐσκυκλήσας, quod etiamſi codd. præſtarent, tamen vulgato anteponendum non eſſet.

768. Sic exhibent hunc verſum duæ noviſſimæ editiones:

οὐ φαίνετ' οὔπω. φέρε δή, τίν' οὖν ἄγγελον.

Quartam ſenarii ſedem deturpat trochæus, cujus vitii neutri editorum quicquam ſuboluit. Vellem Kuſterus nos docuiſſet, unde hanc lectionem haberet, quæ in nulla vett. editt. reperitur. Habent illæ omnes,

οὐ φαίνετ' οὔπω. φέρε, τίν' οὖν ἄγγελον.

& ſic etiam in cod. ſcriptum eſt, deficiente ſyllaba, quæ quintum expleat pedem. Præterea ſolæca eſt locutio τίν' ἄγγελον πέμψαιμ' ἐπ' αὐτόν; Ad loquendi normam oportet τίν' ἄγγελον πέμψω ἐπ' αὐτόν; vel τίν' ἄγγελον πέμψαιμ' ἂν ἐπ' αὐτόν; Hinc proclive erat Comico manum ſuam reſtituere.

οὐ φαίνετ' οὔπω. φέρε, τίν' ἄν, τίν' ἄγγελον
πέμψαιμ' ἐπ' αὐτόν;

Voculam τίν' geminatam librarius ſemel tantum poſuit, cujus ſocordiæ

compluria jam obſervata exempla, tum οὖν pro ἂν ſcripſit. Prius vidit Orvillius ad Charit. p. 200. fugit eum poſterior labes. Vocis τίνα elegans eſt repetitio, & hæſitanti apprime conveniens. Ran. 120.

Φέρε δὴ, τίν' αὐτῶν σοι Φράσω πρώτην; τίνα;
460. ἄγε δὴ, τίνα τρόπον τὴν θύραν κόψω; τίνα;

771. Hic locus vulgo mendoſus & mutilus eſt:

ἀλλ' οὐ πάρεισιν αἱ πλάται.
πόθεν οὖν γένοιντ' ἄν μοι πλάται; πόθεν;

Alter verſus toto pede mancus eſt. Orvillius loco ſupra citato legendum cenſet:

πόθεν οὖν γένοιντ' ἄν μοι πλάται; πόθεν; πόθεν;

Quod aliis ſe approbabit, aliis ſecus. Sed pedis defectus non unice conſiderandus erat. πλάται in hoc verſu indefinite poſitum eſt ſine articulo, recte. Cur, quæſo, eidem nomini in ſup. v. additus eſt articulus, tanquam ſi de certis quibusdam & definitis palmulis ageretur, quod falſum eſt? μοι in priore verſu poſuerat poëta, quod in altero fuit interpolatum. Vide an Comici manum agnoſcas:

ἀλλ' οὐ πάρεισί μοι πλάται.
πόθεν οὖν γένοιντ' ἄν ἀθλίῳ πλάται; πόθεν;

Adjectivum ἀθλίῳ ſuperſcriptum fuit pro declaratione μοι, quod ſe in locum genuinæ vocis ſubornavit, non perſentiſcente librario legitimum ſic pedum numerum imminui.

773. Cod. ut vett. editt. τί δ' ἄν εἶτα διά τ' ἀγάλματ' — Genuinam lectionem perite reſtituit Kuſterus e Suida in Παλαμήδης.

782. πείαν αὔλακα. Sic bene cod. & ſex primariæ editt. In recentioribus neſcio unde ἐπείαν.

784. κείνῃ, ταύτῃ· ταχέως χρή. Vulgo κείνᾳ. ταῦτα ταχέως χρή. Scilicet non viderunt verſum eſſe anapæſticum, ut ſuperiores. Oportebat ſaltem κείνᾳ, ταύτᾳ· ταχέως χρή. Sed Doriſmus ab hoc loco alienus eſt. E pravis Græcis prava latina dedit Kuſterus: *feſtinate per omnes vias illuc: hæc enim fieri cito oportet.*

792. κᾆν ἐξέλθοι. Sic cod. Vulgo ἐξέλθῃ. Perperam in cod. θύρασιν.

795. παίσασαι. Male vulgo παίζουσαι, contra manifeſtum ſenſum & temporum rationem. Non dormiunt *ludentes*, ſed *poſtquam luſerunt*.

807. ὑμῶν εὐδείς. Typothetæ culpa in noviſſima Batava excuſum ἡμῶν.

809. εὐδ' αὐτὸς τοῦτό γε φήσεις. Verum eſt, quod ait Kuſterus, melius proceſſurum ſenſum, ſi legatur φήσω: & hoc reponi debuit.

812. ὠφέλησα. Sic optime cod. Vulgo ἀφέλησαι. Signatum hîc eſt verbum ὠφελεῖσθαι, *ſuffurari*.

813. κλέψασ' αὐθημερόν. Male vulgo ſine eliſione κλέψασα.

815. ἀποδείξαιμεν. Vulgo ἀποδείξομεν claudicante metro & ſolœca phraſi. ἡμεῖς πολλοὺς ἀποδείξαιμεν ἄν.

824. ἀνδράσι & v. ſeq. ἀπόλωλεν flagitat anapæſtici metri lex, quod non animadverterunt editores. ἀνδράσι eſt in cod. cujus hîc non requiritur conſenſus. Vulg ἀνδράσιν & ἀπόλωλε.

828. ἐν ταῖς σῖρατικαῖς. Cod. σῖρατειαῖς. Vide ad Lyſ. 592.

832. χρῆν γὰρ — Vulgo χρή. Illud ad ſenſum & ex indole linguæ melius eſt. Sic infra 842.

834. Στηνίοισι. Cod. ut vett. editt. τηνίοισι. Genuinam lectionem erudite reſtituit Kuſterus. Vide Heſychii interpretem ad gloſſam Στήνια.

835. αἶσιν ἡμεῖς ἤγομεν, pro ἃς ἡμεῖς ἤγομεν. Attica conſtructio eſt notiſſima, quam ſemel animadvertiſſe ſatis erit. Hîc ex metri lege aliter ſcribi non potuit. Sed ubi caſum verbi non reſpuit verſus, illum ſæpe pro caſu nominis poſuerunt librarii; ut Pl. 1128.

οἵμοι δὲ κωλῆς, ἧς ἐγὼ κατήσθιον.

Veſp. 907. τῆς μὲν γραφῆς ἠκούσαθ', ἣν ἐγραψάμην.

Utrobique vulgo legitur ἥν. In Sophoclis Electra 636.

ὅπως λυτηρίους
εὐχὰς ἀνάσχω δειμάτων, ὧν νῦν ἔχω.

Cod. unus habet ἃ νῦν ἔχω.

836. εἰ — τέκοι, ut ſupra 832. ex linguæ indole ſcribi debuit. Soloece vulgo ἤν — τέκοι. Eadem menda inquinatus eſt v. 842. ubi

pro ἢ χρῆν, εἰ δανείσειέν τινι, in recentioribus editt. legitur ἢ χρὴν, ἂν δανείσειέν τινι: quo nihil magis ſolœcum. Præterea κ' ἂν a neſcio quo interpolatum fuit. Cod. χρήμαθ' ἂν χρῆν ἂν δανείσειέ τιν. Juntina: χρήματα τ' ἂν χρῆν ἂν δανείσειέ τινι. Venetæ, χρήματα τῷ χρῆν ἂν δανείσειέ τινι. Vides lectionem librorum omnium mendoſam eſſe, in nullo tamen vetere eſſe κ' ἄν.

838. σκάφιον ἀποκεκαρμένην. Hic σκάφιον genus tonſuræ notat. Heſych. σκάφιον — εἶδος κουρᾶς τῆς κεφαλῆς, ἣ κείρεσθαι φασὶ τὰς ἑταιρευούσας· εἶναι δὲ περιτρόχαλον. Ad hunc Comici locum reſpexit Euſtathius ad Iliad. p. 907. l. 41. At in Av. v. 806.

σὺ δὲ κοψίχῳ γε σκάφιον ἀποτετιλμένῳ.

σκάφιον non jam *tonſuram* notat, ſed ipſum *caput*, ut e Salmaſii obſervatione ad illum locum oſtendetur.

846. ἰλλὸς γεγένημαι προσδοκῶν. Sic libri omnes recte. Erudite nugatur Kuſterus, falſam conjecturam exemplis illuſtrans, quæ nihil huc faciunt, αὐὸς γεγένημαι προσδοκῶν. Mneſilocho deflexis oculis indefinenter ſpectanti verſus eam partem, qua ſe viſurum ſperabat accedentem Euripidem, contigit id quod natura fert, quodque nemo non expertus eſt, ſi diu oculorum aciem aliquo intenderit, ut dolerent ei oculi, eosque movere non poſſet, ita ut, vel invito eo, ſemper verſus eandem partem converſi manerent, licet eo non amplius ſpectaret, quod eorum eſt, qui ἰλλοὶ, *ſtrabi*, dicuntur. *Quis unquam*, ait Kuſterus, *vel legit vel audivit aliquem exſpectando ſtrabum factum fuiſſe?* Non, *exſpectando*, ſed *ſpectando*, an is quem exſpectaret veniret, ſtrabus factus eſt. Unum altero intelligitur, qui tropus, ni fallor, συνεκδοχὴ appellatur. Si quis aliquid *exſpectat*, eo *ſpectat*, unde illud venire poſſit. Eadem prorſus loquendi forma utitur Plautus Men. V. 3. 6.

Lumbi ſedendo; oculi *exſpectando* dolent.

Sic enim in Plauti codd. & optimis editt. legitur: perperam in recentioribus *ſpectando*. Quod autem in Excerptis Scaligeri reperitur ἄλλος, ab αὐὸς multo remotius, quam ab ἰλλὸς, id nauci non eſſe manifeſtum eſt. Sed qua brevitate & obſcuritate concinnata ſunt iſta

Excerpta,

Excerpta, neſcimus unde hanc lectionem protulerit eorum redactor, an e ſcripto libro, an e conjectura. Si aliquo in codice ſcriptura illa reperta fuerit, error inde ortus eſt, quod olim initiales literas non ſcribebant librarii: vacuum relinquebant ſpatium, quo calligraphi manu litera auro variisque coloribus pingenda erat. Si forte librarius in vetus exemplar incidit, ubi hoc loco majuſcula litera omiſſa fuerat, quum Ἄλος reperiret, quid imperito homini prius in mentem venire debuit quam notiſſimum vocabulum Ἅλως? & hoc fundamento nititur Kuſteri emendatio. Confer Hemſterhuſium ad Heſychii gloſſam ἰαλώπλειν. — ὁ δ' οὐδέπω. Subauditur ἥκει, προσέρχεται, φαίνεται, vel ſimile quid. Nihil in familiari & comico ſermone tritius. Hoc tamen etiam in iisdem excerptis ſollicitatum video, propoſita lectione προσδοκῶν Εὐριπίδην: qua admiſſa, nihil erit quo referantur ſequentia, τί δῆτ' ἂν εἴη τοὐμποδών;

852. κυκανᾷς. Sic ad metri legem ſcribendum eſſe, viderunt interpretes. Qui ſupra v. 429. in textu repoſuerat κυρκανᾷς, hic eadem ex cauſa Berglerus κυκανᾷς reponere debebat, quod feciſſet utique, ſi ipſe Comicum edidiſſet. Utrumque dicitur κυκανᾶν & κυρκανᾶν. Etymol. M. κυκανᾶ, ἀπὸ τοῦ κυκῶ, τὸ ταράσσω· ἐὰν δὲ κυρκανᾶ, πλεονασμῷ τοῦ ρ. — Heſych. κοικύλλειν, περιελίττειν. Cetera apud eum vide.

853. πικρὰν Ελένην ὄψει τάχ'. In Av. 1468.

πικρὰν τάχ' ὄψει σὺ ῥεψοδικοπανουργίαν.

Similem minandi formulam obſervavi in Apollonio III. 375. Alius ejuſd. poëtæ locus Comico noſtro admoveri poterat. Eſt ubi Jaſon ad Argum ait L. III. 487.

μελέη γε μὲν ἡμὶν ὄρωρεν
ἐλπωρὴ, ὅτε νόσφιν ἐπιστρατόμεσθα γυναικῶν.

quod ſimile eſt Calonicæ ſententiæ Lyſ. 31.

ἐν ταῖς γυναιξίν; ἐπ' ὀλίγου γὰρ εἴχετο.

855. Eſt initium dramatis Euripidei, ubi v. 2. legitur ψυκάδος. Vulgati Comici libri habent ψακάδος, quod perinde eſt; & ſic etiam in cod. ſcriptum. Sed primæ ſyllabæ ſuperſcripta ab eadem manu

litera ε. Tertium verſum ridiculi cauſa immutavit Comicus: apud Tragicum legitur:

λευκῆς τακείσης χιόνος ἀρδεύει νύας.

859. Verſus ex Euripidis Helena 16.

861. ἐσθ' ; Φρυνώνδας. Edidit. omnes ἐσθ' contra metri legem. Recte cod. ἐσθ'.

862. Ελένη δ' ἐκλήθην. Ex Euripide v. 22. — γίγνει. Male vulgo γίγνῃ.

864. Ex Euripide v. 52.

866. Verſus eſt ex Helenæ prologo 49. Male in Comici edit. excuſum ὃδ' ἄθλιος, pro ὁ δ' ἄθλιος.

867. Μενέλεως, Attice. Vulgo Μενέλαος.

868. Helena apud Euripidem bis ait v. 56. & 301.

τί δῆτ' ἔτι ζῶ ; —

870. μὴ ψεῦσον. Veteribus Grammaticis tanquam novum & inuſitatum hoc enotatum. Vetandi particula μὴ cum aoriſtis ſubjunctivis conſtrui ſolet. Vide Kœnium ad Corinthum p. 6. ubi ſimile adducitur exemplum e Lyſiſtrata, μὴ φίλησον, quod in illa fabula non reperietur in poſterum. Vide quæ notavimus ad v. 1036.

871. Verba ſunt Teucri in Euripidis dramate v. 68. Verſus qui ſequuntur duos non memini apud Euripidem legiſſe.

872. ὅσ' ἂν ξένους δέξαιτο. Mallem ὅς ἂν ξένους δέξαιτο. In Euripidis dramate legitur v. 443.

τίς ἂν πυλωρὸς ἐκ δόμων μόλοι,
ὅσ' ἂν διαῤῥείλειε τἄμ' εἴσω κακά ;

Sed ibi poſitum ἂν cum priore verbo, alteri etiam ſervit. Hujus loci diverſa ratio eſt.

874. Tradu&ta etiam hæc ex Euripidis Helena v. 467.

ΜΕΝΕΛΑΟΣ. τίς δ' ἥδε χώρα ; τοῦ δὲ βασίλειοι δόμοι ;
ΓΡΑΥΣ. Πρωτεὺς τάδ' οἰκεῖ δώματ' · Αἴγυπτος δὲ γῆ.
ΜΕΝΕΛΑΟΣ. Αἴγυπτος ; ὦ δύσπηνος, οἵ πί' πλευν' ἄρα.

875. Audito Protei nomine, veteris hiſtoriæ mulier imperita credit de quodam Athenienſe illos loqui, cui nomen fuerat Proteas.

Similis eſt facetiæ, quod apud Molierium noſtrum (*La Comteſſe d'Eſcarbagnas, Sc. XVI.*) ridicula muliercula audito Martialis Poëtæ latini nomine, ait: *Quoi? Martial fait-il des vers? je penſois qu'il ne fit que des gands.* Proteæ Epiclis filii, Athenienſium claſſis præfecti meminit Thucydides.

879. Hic verſus toto pede mutilus vulgo legitur: πείθει τι τῷ κακῶς ἀπολουμένῳ; Satis probabiliter ſic ſupplevit Scaliger:

πείθει τι τῷ κακῷ κακῶς ἀπολουμένῳ;

Non minus probabile eſt & uſitatum, quod dedi:

πείθει τι, ὦ μέλε, τῷ κακῶς ἀπολουμένῳ;

Eſtque hic verſus altero numeroſior.

880. Θεσμοφόριον τουτογί. Sic bene Juntina & exinde quatuor editt. vett. In Frobeniana τουτονὶ, ut mendoſe ſcriptum in cod. ex facili permutatione literarum ν & γ. Recentiores τουτοί. Nullis inſpectis vett. libris, τουτογὶ ſuadebat Kœnius ad Corinthum p. 56.

881. Apud Euripidem 473. aliis verbis idem quærit Menelaus:

ἔσθ' οὖν ἐν οἴκοις, ὄντιν' ὀνομάζεις, ἄναξ;

Et mox, poſtquam audiit Proteum fato functum eſſe, filiumque regni heredem reliquiſſe, de hoc rurſus quærit:

ποῦ δῆτ' ἂν εἴη; πότερον ἐκλὸς, ἢ 'ν δόμοις;

Hunc verſum feciſſe videtur Comicus, ut Euripidem taxaret ob frequentem uſum nominis ἐξώπιος.

886. Anus apud Euripidem v. 474. τόδ' ἐστὶν αὐτοῦ μνῆμα.

889. τί δὲ δὴ σὺ φάσσεις. Perperam vulgo titubante verſu, τί δὲ σὺ φάσσεις; vide notata ad Lyſ. 372. Orvillius ad Charit. p. 147. τί δαὶ σὺ φάσσεις, vel τί δὲ σὺ φοάζεις legendum cenſet.

891. Helena in Prologo apud Euripidem v. 62.

παῖς ὁ τοῦ τεθνηκότος

Θηρᾶ γαμεῖν με.

895. τοὐμὸν σῶμα, id eſt με. Periphraſin Euripidi uſitatam irridet. Alceſt. 647.

οὐκ ἦσθ' ἄρ' ὀρθῶς τοῦδε σώματος πατήρ.

Conf. Heracl. 91. 529.

896. ἡ κακορρόθουσά σε. Vox tragica, ut ſunt aliæ omnes quibus utitur Comicus in hac parodia, Tragicorum, Euripidisque maxime, ſtylum ſalſe perſtringens. Verbum κακορρόθειν legitur in Æſchyli S. Th. 578. ex noſtra emendatione:

καὶ τὸν σὸν αὖθις ἐμόσπορον κακορρόθων.

898. εἰμὶ Κριτύλλα γ' Ἀνιθέου Γαργηττόθεν. Emendate ſic liquido ſcriptum eſt in cod. Ridicula eſt lectio Juntinæ editionis:

εἰ μὴ Κριτύλλα γ' ἀντὶ θεοῦ γάρ γηττόθεν.

quam ſervant vel totam, vel partim aliæ vett. editt. E tribus mendis duas ſuſtulit Zanettus excudendo εἰμὶ & γαργηττόθεν. Tertia ἀντὶ θεοῦ Berglero conſideratione digna viſa eſt, eique *nimis ineptam* ſuggeſſit notam.

900. Antigone in Eurip. Phœniſſis Creonti ait v. 1687.

ἦ γὰρ γαμοῦμαι ζῶσα παιδὶ σῷ ποτε;

901. Μενέλεων. Sic ex metri neceſſitate hoc loco legendum: vulgo Μενέλαον, ſyllaba in verſu reduntante. In cod. προδοῦσα Μενέλαον ἐμὸν ἐν Τροίᾳ πόσιν. Quo quidem modo conſtant numeri: ſed deſideratur articulus, quem abeſſe non patitur linguæ ratio.

904. Apud Euripidem Herc. Fur. 515. Megara præter ſpem maritum Herculem videns, Amphitryoni ait:

ὦ πρέσβυ, λεύσσω τἀμὰ φίλτατ', ἦ τί φῶ;

cui reſpondet ſenex:

οὐκ οἶδα, θυγάτερ· ἀφασία δὲ κἄμ' ἔχει.

In Helena autem Menelaus uxori ſuæ, quam nondum agnovit, ait, v. 556.

ὡς δέμας δείξασα σὸν,
ἔκπληξιν ἡμῖν ἀφασίαν τε προσλιβεῖς. BERGLER.

Confer quæ notavit in Epiſt. Cr. II. p. 61. elegantiſſimus Ruhnkenius ad Apollonii verſum:

ὡς ἠύδα. Κύπριν δ' ἐνεσσιάσιν λάβε μύθων.

905. Hic verſus ex Euripideo in Helena 565. paululum immutatus.

τίς εἶ; τίν' ὄψιν σὴν, γύναι, προσδέρκομαι;

Quatuor ſequentes ex Euripidis dramate nulla mutatione deſumti. In primo utriusque poëtæ exemplaria habent αὐτὸς, cujus loco ad ſcribendi normam reponimus ὠὐτός. Vide Valckenarium ad Phœn. p. 340.

910. In Helena v. 572. legitur :

ἐγὼ δὲ Μενελάῳ γέ σ' · οὐδ' ἔχω τί φῶ.

Ultimam verſus partem ridiculi cauſa mutavit Comicus, ſervata quadam ſoni ſimilitudine, τι φω, ιφυων, Euripidi natalium ſordes, & matrem λαχανοπωλήριαν identidem objiciens. In cod. ut in vett. editt. legitur,

ἐγὼ δὲ Μενέλαον ὅσα γ' ἐκ τῶν ἀφύων.

Manifeſtæ corruptelæ, quæ tamen unicam afficit literam, medelam ex Euripide arceſſivit Kuſterus, clauſulam tragici verſus comico hemiſtichio adſuens. Inſulſum eſt, quod conjecit Berglerus, ὅσα γ' ἐκ τῶν ἰφύων. Genuinam lectionem, apud Suidam latentem in ἰφύη, ſagaciter detexit, & ingenioſe adſeruit Pierſonus ad Mœrin pag. 7. qui omnino adeundus :

ἐγὼ δὲ Μενελάῳ σ', ὅσα γ' ἐκ τῶν ἰφύων.

Oleris agreſtis ſpecies eſt ἴφυον, cujus meminit iterum Comicus in Phœn. fragm. I. quo ex loco de ſyllabarum quantitate conſtat. In ſup. verſu recte apud Tragicum legitur εἶδον, non, ut in Comici editt. ἴδον. Vide notam ad Lyſ. 759.

911. Hic verſus & ſequens ex Helena deſumti ſunt. Cod. & Juntina perperam χάρας habent pro χέρας, quod repoſuit Zanettus.

913. Vox πόσι in impreſſis omiſſa, codicis fide nititur, e quo etiam verſum abhinc ſecundum edidi, qui integer ſenarius eſt.

916. κλαύσετ' ἄρα, ὦ σῖλις. Sic v. 248. οἰμώξετ' ἄρ', εἴ τις — Nulla cauſa eſt, cur cum Daweſio p. 272. ſcribatur κλαύσεσθαι, νὴ τὼ θεώ. Diphthongos quandoque eliſiſſe poëtas Atticos, idque jure ſuo, nemo eſt hodie qui non agnoſcat. Non omnia exempla, quæ apud Comicum occurrunt, obſervavit eruditus Britannus. Infra

1012. ὅτι δεῖ με γίγνεσθ' Ἀνδρομέδαν. πάνυ δ' ἐμοὶ —

1178. ὀρχησομένη γὰρ ἔρχεθ' ὡς ἄνδρας τινάς.

Lyſ. 927. ἀλλ' οὐ δέομ' οὐδὲν ἔγωγε. — Νὴ Δί' ἀλλ' ἐγώ.

Nub. 523. πρώτους ἠξιώσ' ἀναγεῦσ' ὑμᾶς, ἢ παρέσχε μοι —
1140. οὕτως ἀπελήψεσθ', ἀλλὰ λοιδορουῦσί μι.

Suntque alia multa, quæ proferre inutile eſt: ſuffecerit legiſſe, quæ in iſtum Daweſii canonem obſervavit Th. Burgeſs. In Lyſ. v. 758. vitari potuiſſet eliſio, ſcribendo cum Valckenario ad Herodot. p. 638.

ἀλλ' οὐ δύναμαί γ' ἔτ' οὐδὲ κοιμᾶσθαι 'ν πόλει.

922. αἰγυπλιάζειν hic eſt vox anceps. Tam enim ſignificare poteſt *de Ægypto quædam garrire, vel loqui;* quam *Ægyptiorum verſutiam & fraudulentos mores imitari.* Eo enim nomine gens illa olim male audiebat; unde proverbium:

δεινοὶ πλέκειν τὰς μηχανὰς Αἰγύπλιοι. KUSTER.

924. ὑπαποκινητέον. Idem compoſitum repoſui Av. 1011.

κἀμοὶ πιθόμενος ὑπαποκίνει τῆς ὁδοῦ.

926. ἥντερ ἐμπνέω. Ad verbum, *ſi modo vixero.* Nam ἥντερ per ſe ſignificare non poteſt *quoad.* Scribere potuit Comicus ἐς τ' ἂν ἐμπνέω.

927. ἢν μὴ προλίπωσ' αἱ μυρίαι με μηχαναί. Sic bene Kuſterus in notis poſt Scaligerum. Vulgo προλείπωσ', redundante ſyllaba, quia in μυρίαι prima neceſſario producitur, ut ſupra 475. 555. Lyſ. 355. Ran. 63. Pace 521. & ſic ubicunque occurrit vel ſimplex vel compoſitum.

928. αὕτη μὲν ἡ μήρινθος οὐδὲν ἔσπασεν. *Funis quidem iſte piſcium attraxit nihil.* Proverbium translatum a piſcatoribus qui ſæpe hamum retrahunt inanem. Eo alluditur Veſp. 175. ἀλλ' οὐκ ἔσπασε ταύτῃ γ' —

929. ὃν ἔλεγ' ἡμῖν. Sic cod. Vulgo immodulate ὃν ἔλεγεν ἡμῖν.

935. ὀλίγου μ' ἀφείλετ' αὐτὸν ἰσλιοββάφος. Sic bene cod. Perperam vulgo ὀλίγον, quod recte emendavit Daweſius p. 330. Confer notam ad Lyſ. 31. Nub. 722. ὀλίγου φροῦδος γεγένημαι. Male autem vertit Kuſterus, *ſutor ille fraudum*, tanquam ſi certum aliquem & notum deſignaret hominem. Mulier Euripidem non noverat; ignorabat, quis eſſet ille homo, qui ſub perſona Menelai Mneſilochum abducere tentaverat: nec amplius Euripides erat in ſcena:

eum itaque nullo modo designare poterat. In eodem errore versatur Daweſius, reſcribi volens οἰσιοφράφος. Eo ſenſu ex Atticiſmi indole ſcriptum oportuiſſet geminato articulo ὁ ἀνὴρ ὁ ἰσιοφράφος. Sed ſubauditur hîc indefinitum τις, cujus non infrequens ellipſis, & verti debuit, ut feci, *veterator neſcio quis*.

939. τί σοι χαριοῦμαι; Sic ex Atticæ dialecti uſu ſcribendum. Vulgo χαρίσομαι. Vide Pierſonum ad Mœrin p. 106.

941. ἵνα μὴ 'ν κροκωτοῖς. Sic recte cod. ut Kuſterus in notis emendandum cenſuit. Vulgo omiſſa præpoſitione ἵνα μὴ κροκωτοῖς. Similis erat menda in Euripidis Oreſte v. 800.

943. ἔδοξε. Perperam vulgo cum metri labe ἔδοξεν.

944. τοῖς παφοῦσι. Sic quidem libri: ſed mendoſe. Legendum τοῖς παριοῦσι, quod in verſione expreſſi. In Ran. 748. recte Kuſterus reponit ἀπίης pro ἀπῆς. Confer Veſp. 623. Proclivis error in permutatione horum verborum, cujus contrarium exemplum obſervavi ad Apollonium II. 195.

947. Prout vulgo in quatuor lineas hic & ſequens verſus diviſi ſunt, non temere quis opinabitur editores fugiſſe, anapæſticos eos eſſe tetrametros, quorum ad legem in priore ſcriptum oportuit ταῖσι γυν — non, ut vulgo ταῖς. πάισωμεν a Zanetto recte emendatum fuit, quum in Juntina eſſet πέσωμεν, quæ codicis etiam ſcriptura eſt.

951. ξυνεπευχόμενος. Sic optime cod. Vulgo ξυνευχόμενος. Vide notam ad Lyſ. 408.

952. τοιαῦτα μέλειν. Perperam Juntina μέλλειν contra metrum & ſenſum. Illud bene reſtitutum in Venetis Zanetti cura: ſed ut ſupra πέσωμεν, hîc μέλλειν revocarunt poſteriores editores.

968. εὐφυῆ. Magis Atticum eſſet εὐφυᾶ, ut Nub. 76. ὑπερφυᾶ. Sed illud in chorico cantico locum ſuum tuetur.

975. Senarius eſt, ut v. 983. qui vulgo male digeſti ſunt.

982. διπλῆν χειροῖν χορείαν. Sic bene Zanettus edidit. In cod. duo præcedentes verſus omiſſi: hic autem ſic ſcriptus eſt: δὲ πλὴν χαίρειν χορείας. In Juntina διπλὴν χαίρειν χορείας. Heſych. διπλῆ. ὀρχήσεως εἶδος, ἢ κρούματος: ad quam gloſſam vide Interpretes. Quod Biſetus

conjecerat, Kuſterusque in verſione expreſſit, διπλῆν, χάριν χορείας, haud ſane ineptum eſt.

986. τόρευε πᾶσαν ᾠδήν. Probabiliter Bentleius loco ad v. 56. citato legit τόρνευε πᾶσαν ᾠδήν.

1001. Lictor Scytha barbare loquitur, quod neminem fugit: neque id monere neceſſe erat. Sed aliud quid erat, quod animadvertere debebant editores, Scythæ ſermonem, licet barbarum, numeris tamen concluſum eſſe, utpote qui pars ſit comœdiæ metro ligatæ. Barbariſmi ſunt perſonæ, at verſus poëtæ ſunt, iique omnes ad metricas leges exacti eſſe debent. Nec aliter ſe apud nos res habet: ſi quando comicus poëta aut ruſticum, aut peregrinum in ſcenam inducit, mixobarbarum ei ſermonem tribuit, numeros tamen & ὁμοιοτελεύτου leges obſervat. Uno verbo in comœdia metro ligata perſonæ omnes verſu loquuntur. At nimium quantum in Scythæ hujus partibus indulſerunt ſibi librarii & editores, cujus ſermonem diligenter ad numeros revocabo. Et primo quidem in vulgatis libris mendoſe circumfertur hic verſus:

ἐνταῦθα νῦν αἰμώξει πρὸς τὴν αἰτρίαν.

Vides ſpondeum in quarta ſede. Cod. & vett. editt. αἰμώξει. Lege αἰμῶξι. Adumbratum hoc ex Æſchylo, apud quem Robur poſtquam Prometheum ſcopulo adfixit, ei dicit v. 82. ἐνταῦθα νῦν ἕζῃ. Præterea e Scythæ ſermone aſpiratio abeſſe debet; ut αἰτρίαν, ſic ἐνταῦτα ſcribendum erat. Hoc ſemel obſervaſſe ſatis erit.

1002. μή μ' ἱκέτευε σύ. Male vulgo μή μ' ἱκετεύσῃ σύ.

1005. Vulgo legitur ſine ulla metri forma, nec ad ſenſum ſatis perſpicue:

ἔτι μᾶλλον βουλῆς. — ἀτίματαὶ, τατίματαί.

1007. πέρ' ἐγὼ ξυνίσκω πορμὸς, ἵνα πυλαίξι σοι. Sic eſt in cod. Sed emendanda erat ſcriptura, πέρ' ἐγὼ 'ξυνίσκω — id eſt φέρ' ἐγὼ ἐξυνίσκω φορμὸν, ἵνα φυλάξω σε. Peſſime vulgo ξυνίσκω & πυλαίξῃ, ita ut nec ſecundam, nec ſextam ſedem pes teneat legitimus. In ligno jam vinctus erat Mneſilochus, quod ſtatim factum fuit, poſtquam Prytanis v. 930. lictorem juſſit eum vincire. Scytha nihil

aliud e mandatis exſequendum ſupererat, niſi ut vinctum eum obſervaret, impediretque ne quis ad eum accederet: ne ſtando defatigetur, ſtoream petit, in qua recumbat. Non video quî Toupio ad Suidam III. 192. in mentem venire potuit φορμὸν hîc pro ſune accipi debere.

1013. δῆλον οὖν ἐστίν γ' ὅτι. Sic bene Kuſterus in notis. Vulgo ſuente verſu δῆλον οὖν ἔσθ' ὅτι.

1016. Vulgo legitur πῶς ἂν ἀπέλθοιμι, καὶ τὸν Σκύθην λάβοιμι. *Utinam abire queam & Scytham comprehendere!* quo nihil excogitari poteſt magis abſurdum. Sponte ſua ex his enaſcitur genuina lectio ἐπέλθοιμι — λάθοιμι.

1019. προσαυδῶσα. Vulgo προσιδοῦσα absque ſenſu. In cod. προσαιδοῦσα. Echûs implorat opem, quæ montium antrorumque incolas Nymphas alloquitur.

1022. In hoc cantico Mneſilochus modo ex ſua, modo ex Andromedæ perſona loquitur, ex animi perturbatione, quod facetiſſimum eſt.

1028. κρεμάσας. Vulgo ἐκρέμασε.

1033. Γλαυκέτης, famoſus helluo, cujus meminit iterum Comicus Pace 1008. Hujus nomine tanquam aptiſſimo epitheto ad exprimendam monſtri marini voracitatem utitur.

Poſt v. 1038. aliquid deeſſe credo.

1041. γόον φλέγουσαν. Mendoſe vulgo φεύγουσαν. Genuinam lectionem, ſi bene commemini, Musgravio acceptam fero. Sed Euripidis locum non recordor, cujus occaſione emendationem hanc protulit. Alibi, ſcilicet ad Rheſum 116. exemplum ſuppeditat commutationis verborum φεύγειν & φλέγειν. Hujus metaphoricum uſum obſervavi ad Æſch. Perſ. 393. Sequens verſus in cod. ſic ſcriptus eſt: αἰ αἰ αἰ αἰ ἐ — —

1048. ἐποικλέρει. Sententiæ ductu hoc repoſui, pro vulgato ἐπόψιται, quod ineptum eſt.

1051. τὸν δύσμορον. Hoc etiam ſententia flagitat: abſurde vulgo τὸν βάρβαρον.

1054. λαμπάτμητ' ἄχη δαιμονῶν, αἰόλα νέκυσιν ἐπὶ πορείᾳ. Ordo eſt: ὡς ἐκρεμάσθην ἐπὶ πορείᾳ αἰόλα νεκύων, δαιμονῶν ἄχη λαμπάτμητα. Vulgo δαιμόνων, tanquam ſi eſſet pluralis genitivus, quum ſit participium verbi δαιμονᾶν. In iſtis autem δαιμονῶν ἄχη λαμπάτμητα ſubauditur vel κατὰ vel διά. Perinde eſt ac ſi dixiſſet δαιμονῶν ἄχεσι λαμπάτμητοις. Mendoſa eſt etiam vulgata ſcriptura αἰόλαν πορείαν. Ad latus olim pingi ſolitum ι, mutatum fuit in ν, quod millies contigit. ἐπὶ, quo ſenſu hic poſitum eſt, tertium caſum regit: ἐκρεμάσθην ἐπὶ θανάτῳ. Dativus autem νέκυσιν, figura poëtis uſitata, quam Colophoniam vocant, eſt pro genitivo νεκύων. De ea vide quæ notavi ad Eurip. Phœn. 85.

1059. ἐπικοκκύσθρια. Sic recte Kuſterus e Biſeti emendatione edidit. Vett. editt. ἐπικοκκάσθρια. Mendoſius cod. ἐπικοκκάσθρεια.

1065. Sunt ipſius Euripidis ex Andromeda verſus, quos latinos fecerat Ennius:

Quæ cava cœli ſignitenentibus
conficis bigis —

1073. Sunt verſus anapæſtici. Vulgatum σὶ ὠμυλωμένη nec metrum admittit, nec agnoſcit græca lingua. In cod. σὶ ὠμυλομένη. In Juntina σὶ ὠμυλωμένη.

1083. σί λαλεῖς. Barbaro lictori σί valet τί.

1086. πῶλετοπώνη; id eſt πόθεν ἡ φωνή;

1087. σὺ λαλεῖς; Sic bene cod. *Tune loqueris?*

1088. Vulgo bis κλαύσαιμι. Unde ſenſum quidem elicuit interpres; ſed depravata ſunt verba, quæ ad metri ductum reſtitui: κλαύσει — κλαύσει. Monometer eſt anapæſticus. Sequens verſus dimeter eſt, in quo male vulgo κακκασκί μοι. Eſt autem pro καῖ χάζεις μι.

1093. Hoc & ſeq. v. quæ poſt Scytham repetere debuit Euripides verba, male omittunt cod. & impreſſi.

1102. Sic vulgo legitur hic verſus:

κάρα κομίζων — τί λέγει τῇ Γοργόνος πέρι;

ubi fruſtra numeros quæras: repono τί λέγι Γοργόνος πέρι; In Juntina aliisque vett. excuſum λέγι. In cod. verſus hic & præced. omiſſi ſunt.



1104. Γοργό τοι κἀγὼ λέγι. Sic cod. & vett. editt. Eſt autem γοργὸ pro γοργῶ, quod adverbialiter accipio, ut alibi μορμώ. Tantumdem hîc valet, ac βάλλ' ἐς κόρακας.

1106. ναῦν ὅπως, ὡρμισμένην. Eurip. Herc. Fur. 1097. τί δεσμοῖς, ναῦς ὅπως, ὡρμισμένος — Hac comparatione utuntur Tragici, ad vinculorum firmitatem ſignificandam. Attii Prometheus apud Ciceronem Tuſcul. II. 9.

Aſpicite religatum aſperis
vinctumque ſaxis. Navem ut horriſono freto
noctem paventes timidi adnectunt navitæ;
Saturnius me ſic infixit Jupiter.

E notis Bergleri.

1108. οὐκὶ μὴ λαλῆσι σύ. Id eſt οὐχὶ μὴ λαλήσεις σύ. Vulgo fractis pedibus οὐκιμε λαλῆς σύ.

1112. καὶ κλέπτω. Sic cod. & vett. editt. In recentioribus jugulato metro κλέπτω.

1114. Vulgo ſic legitur hic verſus:

σκέψαι τὸ σκύτο μῆτι μιχλὸν παίνεται.

Sic autem ad eum commentatur Kuſterus: *Scaliger τὸ κύσθο. Sed quis barbariſmos Scythæ, quem Ariſtophanes de induſtria vitioſe loquentem facit, emendare queat? ubi enim ſemel a recta via diſceſſeris, omnia incerta ſunt.* Bene! ſed cur, malum, Kuſterus nos non docuit, quænam ſit illa *recta via*, cui ſemper inſiſtere debeamus? Usquedum aliam quis rutiorem mihi monſtret, ea, qua cœpi, pergam, ductumque ſequar conſtantis & certi canonis metrici, ad quem exactum illud σκύτο prorſus vitioſum eſſe deprehenditur. Unde venerit difficile dictu eſt. En ſcripturam codicis: σκέψαι τὸ σκυτο μῆτι μιχλὸν παίνεται. In Juntina excuſum: σκέψαι τὸ σκυλομῆτι. μιχλὸν παίνεται. In Veneta, σκέψαι τὸ σκῦτοι μῆτι μιχλὸν παίνεται. Iſta qui vel ſcripſerunt, vel excudi fecerunt, utique non arbitrabantur a quoquam ea intellectum iri, nedum ipſi ea intelligerent. Certum eſt mendoſum eſſe τὸ σκύτο, quod Scaliger vidit: at quod ipſe ſuggerit, τὸ κύσθο, neſcio quid ei ſignificaverit. Ad eum modum, quo

barbariſſat Scytha, eſſet pro τὸν κύσθον. Sed qui ſubito ſexum mutavit Mneſilochus? Dixerat Scytha, *Virginem eum non eſſe, ſed flagitioſum ſenem:* adderetne? *Si mihi non credis, cunnum inſpice: num tibi nam parvus videtur?* Ego cum bona Kuſteri & Scaligeri venia certiſſime repono:

σκέψαι τὸ πόσθη· μή τι μικρὸν παίνεται;

id eſt σκέψαι τὴν πόσθην· μή τι μικρὰ φαίνεται; — πόσθη, ψωλή, *mentula.* Vide Nub. 1014. In τὸ πόσθη eadem eſt barbarismi ratio, quæ infra v. 1126. in τὸ κεφαλή, pro τὴν κεφαλήν. Interrogativum eſt μή τι *num.* Æſch. Prom. 967. μή τι σοι δοκῶ ταρβεῖν;

1115. Perperam vulgo in hoc verſu geminatur adverbium δεῦρο.

1116. Prometheus apud Æſch. 275.

συμπονήσαιτε
τῷ νῦν μογοῦντι. ταῦτά τοι πλανωμένη
πρὸς ἄλλοτ' ἄλλον πημονὴ προσιζάνει.

1118. οὐ ζηλῶ σι σέ. Sic cod. σι pro τι ut ſupra 1083.

1120. οὐκ ἐπῄνησά σ' αὐτό. Pro οὐκ ἐφθέγησά σοι αὐτόν. Perperam vulgo ἐπῄνησας.

1125. λύσω δεσμά. Sic bene excuſum in minoribus Bataviſ: in aliis manifeſto errore δέμας. Quid abſurdius quam hujuscemodi mendas revocare?

1127. ξυσπομάκναιραν. Sic cod. & Juntina aliæque vett. ἀπωκικόψι pro ἀπωκικέψει: in cod. ἀπωκικάψα. Vulgo ξυσπομάκναιρον ἀπωκικόψοι.

1129. ἀλλ' οὐκ ἂν ἐνδέξαιτο. Sic bene Kuſterus in notis. Vulgo, claudicante verſu, ἀλλ' οὐκ ἂν δέξαιτο.

1130. Suis verbis loquitur Euripides. Sic enim ille in Medea 301.

σκαιοῖσι μὲν γὰρ καινὰ προσφέρων σοφὰ,
δόξεις ἀχρεῖος, κοὐ σοφὸς πεφυκέναι.

Megara apud eundem in Herc. Fur. 298.

φεύγειν σκαιὸν ἄνδρ' ἐχθρὸν χρεών,
σοφοῖσι δ' εἶκειν, καὶ τεθραμμένοις καλῶς·
ῥᾴων γὰρ αἰδοῦς, ὑποβολῶν φίλ', ἢ τύχαι.

Euripidis in eandem ſententiam exſtat verſus apud Stobæum Floril. Grotii p. 29.

δόξει τις ἀμαθεῖ σοφὰ λέγων, οὐκ εὖ λέγειν.

1133. ἐπιτήκιζι. Perperam vulgo contra metri legem ἐπιτηκίζει. Verbum πιθηκίζω occurrit Veſp. 1290. ὑπό τι μικρὸν ἐπιθήκισα.

1135. μάσλιγαν barbare pro μάσλιγα, quod habent impreſſi cum abſono hiatu. In cod. μασλιγᾶν.

1150. Perperam vulgo οὐ δὴ ἀνδράσιν. Ad vitandum hiatum ſcribi debuit δῆτ' —

1162. μηδαμῆ. Vulgo μηδαμᾶ forma Dorica, quæ in ſenariis locum non habet. Lyſ. 733. μηδ' ἀπέλθῃς μηδαμῆ. Soph. Phil. 789.

ἔχετε τὸ πρᾶγμα. μὴ φύγητε μηδαμῆ.

1167. κακῶς ἀκούσετ'. Perperam vulgo & ſolœce ἀκούσαιτ'.

1169. τοῖσιν ἀνδράσιν ὑμῶν. Cohærent iſta verba. Sed haud deterius ſcribere potuit poëta ὑμᾶς διαβαλῶ, ellipſi præpoſitionis διά, hac conſtructione: δι' ἃ νῦν ὑποκουρεῖτε, διαβαλῶ ὑμᾶς τοῖς ἀνδράσιν ἀπὸ τῆς στρατιᾶς παροῦσι. Et hoc ſincerum eſſe opinor.

1172. ὦ Ἀλφιον, id eſt ὦ Ελαφιον. Confer not. ad v. 4.

1174. κἀνακόλπασον. Biſeti emendationi κἀνακόλπισον favet analogia. Formæ ſunt uſitatæ κολπόω, κολπίζω. Sed κολπάζω, ſi locum hunc excipias, exemplo caret.

1175. Περσικόν. Vide poſterioris fabulæ fragm. VI. & Meurſii Orcheſtram in ὄκλασμα & in Περσική.

1180. φύλλο. Corrige typothetæ errorem, & repone ψύλλο.

1182. τοῖσι γόνασι. Perperam vulgo claudicante verſu τοῖς γόνασι.

1185. ὡς στέρπο τὸ τιτλί' — Sic bene ſcriptum in cod. Vett. editt. ὡς τερπὸ τὸ — abſorpta nominis στέρπο litera ſibilante a præcedente ὡς. In recentioribus ὡς τερπὰ τὰ —

1187. κλαύσετ', ἂν μὴ ἥδον μένῃ. Vulgo ſine numeris & ſenſu, κλαυσεῖ γ', ἂν μὴ ἥδον μένῃς. Res in verſione ſatis explicata eſt. Quæ autem ante hæc verba poni debuit parepigraphe, iis vulgo ſubjecta eſt, non quidem ut adnotatio, ſed tanquam verſus fabulæ, licet

fine interpretatione reliquit, cujus ſententiam non aſſequebatur. Sic ei totus hic locus latine ſonat: *Decepit me anus. Curre hinc quam celerrime. Sed ſalva eſt pharetra. Hei mihi, quid faciam?* Vide quantum tirones hujusmodi verſione juvari queant, & quid de Ariſtophane cenſere debuerint, qui græca ejus legere non potuerunt. Fuere apud nos Gallos elegantes aliquot ſcriptores ex eorum ordine, quos vernaculo ſermone vocare ſolemus *des Beaux-eſprits*, qui de Ariſtophane mira judicia tulerunt, quem nunquam legerant niſi in latina verſione.

1222. ὦ μιαρὸ γρᾶο. Vulgo ὦ μιαρὸ γραῦ labante verſu. Quod ſupra v. 1213. male admiſſum fuerat γρᾶο, hîc ſedem ſuam tueri debebat.

1226. Hic verſus ſenarius eſt. Verba τρίχε νῦν a poëta geminata ſemel tantum ſcripſit librarius.

1227. ἀλλὰ πίπαισθαι. Vulgo male πίπυσθαι. Hoc ex altero depravatum, quod vidit Biſetus. Et hæc quidem eſt Attica forma ſatis nota, ita ut mirer Kuſterum prætuliſſe πίπαισθαι. Sæpe alibi & ſupra v. 983. παίσωμεν, non παίξωμεν. Ran. 388. παῖσαί τε καὶ χρεῦσαι, non παῖξαι: paulo infra παίσασθα καὶ σκώψασθα. 411. συμπαισθρίας, non συμπαιχθρίας. Idque Grammaticis etiam obſervatum. Mœris: παῖσαι, Ἀττικῶς. παῖξαι, Ἑλληνικῶς. Phrynichus: παῖξαι Δωριεῖς διὰ τοῦ ξ. ὁ δὲ Ἀττικὸς, παῖσαι, καὶ παίσασθε, καὶ συμπαίσθω διὰ τοῦ σ ἐρεῖς. Sunt autem hi verſus anapæſtici, quo metro fabulas claudere ſolet Chorus. Duo primi vulgo in unum coaluerunt: ultimus autem crurifragium paſſus eſt, τούτων χάριν ἀντιδοίτην Scripſerat poëta ἀντιδιδοίτην. In cod. ut in Juntina ἀνίλαδοῖτον: Zanettus ἀνίλαβον bene in aliis editt. repoſita tertia perſona; ſed laboranti metro remo tulerat opem. Fulciendo verſui reponi non potuit ἀνίλδοιτην, quam formam Atticus ſermo non admittit, ut obſervatum ſupra ad v. 693.

FINIS NOTARUM IN THESMOPHORIAZUSAS.

ADDENDA

ADDENDA

notis in Theſmophoriazuſas.

V. 50. πράμος. Sic cod. & impreſſi. Vereor ut genuina ſit hæc forma, quam neſcio an Doricam dicam : ſane nullibi eam obviam habui. Bene Scaliger πρέμος reponebat.

74. κρύπτειν cum duplici accuſativo conſtrui perſonæ & rei, obſervatum fuit ad Æſchyli Prom. 630. Hic ſubaudiendum eſt με. οὐ χρὴν σε ἕνλα κηδεσθὴν ἐμὸν κρύπτειν με. Sed Poëtam ſcripſiſſe ſuſpicor :

οὐ χρὴν σε κρύπτειν ἕνλα κηδεσθὴν ἐμέ.

Sophocles El. 957. οὐδὲν γώρ σε δεῖ κρύπτειν μ' ἔτι. Confer Lyſ. 714.

220. ἐκ τῆς ξυρεδόκης. Male apud Pollucem X. 140. ξυρεδόχης. Vide Euſtathium ad Homerum p. 130. extrema.

263. Suidas in χαλαρὰ locum hunc profert, ſic : χαλαρὰ γοῦν χαίρας Φορῶν. Bona eſſet lectio χαλαρά γ' ἂν χαίροις Φορῶν, per ellipſin ſic ſupplendam, εἰ μή σοι ἁρμόσειεν. *Laxos geſtare amares, ſi minus hi tibi apti eſſent.*

395. Menda irrepſit e recentioribus edit. in quibus legitur ὡς εὐθὺς εἰσιόντες — At vett. cum codice recte habent ὥσθ' εὐθὺς — ut mox v. 400. ὥσθ', ἐάν γέ τις —

533. Ut per Aglauron, ita etiam per illius ſororem Pandroſon jurabant Atticæ mulieres, quod conſtat e Lyſ. v. 439. εἶτ' ἄρα, νὴ τὴν Πάνδροσον — ad quem locum Scholiaſtes : θυγατέρες Κέκροπος Πάνδροσος καὶ Αγραύλη. (ſcr. Αγλαυρος) ἐκ τῆς Πανδρόσου δὲ καὶ ἡ Αθηνᾶ Πάνδροσος καλεῖται.

746. πόσ' ἔτη δὲ γίγνει; τρεῖς Χόας, ἢ τέτταρας; *Quot annos vero natus eſt? tres Choas, an quatuor?* Sic verti debuit. Per Χόας intelligendum τὴν τῶν Χόων ἑορτὴν, cujus frequens in Acharnenſibus mentio. Agebatur hoc feſtum Lenæorum, ſeu Antheſterio-

num? die ſecundo, qui vocabatur Χόες. Vide Meurſium Gr. Fer. in Ἀνθεστήρια. Quotannis celebrabatur, quapropter aſſimulati infantis annos ſciscitans Mneſilochus facete quærit, quot ſit Choas natus. Huic quæſtioni congruit mulieris reſponſum,

σχιδὸν τοσοῦτο, καὶ ὅσον ἐκ Διονυσίων.

Fere tantum, & quantum effluxit temporis ab ultimis Antheſteriis. Nam per Dionyſia hîc Antheſteria ſignificari, Choum quæ præcedit oſtendit mentio. Quum autem infans ille nihil aliud ſit quam uter vini plenus, rei accommodata eſt hæc annos computandi ratio. Veri enim haud abſimile eſt vini ætatem Athenienſes Liberaliu m numero indicaſſe. Aliæ hanc in rem apud alias gentes formulæ ſunt in uſu: in Galliæ quibusdam regionibus dici ſolet, *du vin de trois feuilles, de quatre feuilles.*

1002. Probabilior emendatio erat μή μ' ἱκετεῦσι σύ. Sic ſup. v. οἰμῶξι. v. 1108. λαλῆσι. 1127. ἀποκεκόψι. 1176. ἀνεγείρι. 1179. ὀρκῆσι, μελετῆσι, aliaque, e quibus analogiam quamdam in iſtis Scythæ barbariſmis obſervare licet.

1054. Heſych. δαιμονᾷ, ὑπὸ δαίμονος κατέχεται. Suidas: δαιμονᾷν, ὑπὸ δαίμονος κατέχεσθαι, καὶ μαίνεσθαι. Poſteriore ſignificatione, ſcilicet pro *lymphata mente furiari*, hîc adhibitum. Æſchylus S. Th. 1003.

ἰὼ πάντων πολυπονώτατοι·
ἰὼ δαιμονῶντες ἐν ἄτᾳ.

Choëph. 564.

— ἐπειδὴ δαιμονᾷ δόμος κακοῖς.

Eurip. Phœn. 899:

ὡς δαιμονῶντας, κἀνατρέψαντας πόλιν.

1205. καὶ τενεῖς ὡς τὴν γυναῖκα. Eurip. Suppl. 720. οἱ δ' ἔτειναν εἰς πύλας. *Illi vero curſu tendebant ad portas.* Ad quem locum vide Marcklandum.

IN RANAS.

Quatuor ſunt Mſſ. codd. ad quos Fabulam hanc contuli:

A. Regius membranaceus MMDCCXII.

B. Regius charta ceus MMDCCXVII.

C. Regius bombycinus, poſt impreſſum catalogum in Bibliothecam illatus, quo continentur Plutus, Nubes, Ranæ, cum ſcholiis & gloſſis inter verſus. Jam typis deſcripta erat Fabula, quum codicis hujus uſum nactus ſum.

D. Meus, quo continentur tres eædem Fabulæ. Codex eſt bombycinus eleganti manu ſcriptus cum ſcholiis aliquot in margine, & gloſſis inter verſus minio ſcriptis. In extrema ultimi folii pagina librarii nomen & loci ubi ſcriptus fuit codex his verbis notatum: Μιχαὴλ ὁ τοῦ Λυσιᾶ πενίᾳ σιζῶν ἐξέγραψεν ἐν Ρυθύμνῃ Κρήτης.

ARGUMENTI L. 1. εἰς Ἀιδου. Sic e membranis edidi. Vulgo εἰς Ἀιδην. Vide not. ad Lyſ. 407. & Corinthum de Dial. p. 19.

L. 3. παρασχεῖν. E membr. vulgo παρέχειν.

L. 7. συμμεμαχηκέναι. E membr. vulgo συνπεναυμαχηκέναι.

L. 15. πρὸς τὸν Πλούτωνα κ. τ. Π. παρελθόντες. Sic membran. optime. Vulgo περιελθόντες, omiſſo etiam articulo ante Πλούτωνα.

L. 17. περὶ τοῦ τὴν πολιτείαν ἐξισῶσαι. Optima eſt membran. lectio. Vulgo τὴν πολιτείαν ἐξελάσαι, ubi quas omiſſas fuiſſe librarii culpa voces arbitrabatur Kuſterus, ad hunc modum reponit, περὶ τοῦ τοὺς ἀγαθοὺς τῆς πολιτείας ἐξελάσαι. Sed fruſtra eſt. Sincera iſta τὴν πολιτείαν ἐξισῶσαι ſpectant ad fabulæ locum, v. 687. ubi ipſiſſimum hoc verbum legitur: πρῶτον μὲν οὖν δοκεῖ ἐξισῶσαι τοὺς πολίτας.

L. penult. ejusd. paginæ. ἐδιδάχθη δὲ — addita e membr. particula. Mox verbis Φιλωνίδης ἐπιγράφη ſignificatur fabulam hanc non

num? die ſecundo, qui vocabatur Χόες. Vide Meurſium Gr. Fer. in Ἀνθεστήρια. Quotannis celebrabatur, quapropter aſſimulati infantis annos ſciscitans Mneſilochus facete quærit, quot ſit Choas natus. Huic quæſtioni congruit mulieris reſponſum,

σχεδὸν τοσοῦτο, καὶ ὅσον ἐκ Διονυσίων.

Fere tantum, & quantum effluxit temporis ab ultimis Antheſteriis. Nam per Dionyſia hic Antheſteria ſignificari, Choum quæ præcedit oſtendit mentio. Quum autem infans ille nihil aliud ſit quam uter vini plenus, rei accommodata eſt hæc annos computandi ratio. Veri enim haud abſimile eſt vini ætatem Athenienſes Liberalium numero indicaſſe. Aliæ hanc in rem apud alias gentes formulæ ſunt in uſu: in Galliæ quibusdam regionibus dici ſolet, *du vin de trois feuilles, de quatre feuilles.*

1002. Probabilior emendatio erat μή μ' ἱκετεῦσι σύ. Sic ſup. v. οἰμώξῃ. v. 1108. λαλῆσι. 1127. ἀποκεκόψι. 1176. ἀντεγέρι. 1179. ὀρκῆσι, μελετῆσι, aliaque, e quibus analogiam quamdam in iſtis Scythæ barbariſmis obſervare licet.

1054. Heſych. δαιμονᾷ, ὑπὸ δαίμονος κατέχεται. Suidas: δαιμονᾷν, ὑπὸ δαίμονος κατέχεσθαι, καὶ μαίνεσθαι. Poſteriore ſignificatione, ſcilicet pro *lymphata mente furiari*, hic adhibitum. Æſchylus S. Th. 1003.

ἰὼ πάντων πολυπονώτατοι·
ἰὼ δαιμονῶντες ἐν ἄτᾳ.

Choëph. 564.

— ἐπειδὴ δαιμονᾷ δόμος κακοῖς.

Eurip. Phœn. 899:

ὡς δαιμονῶντας, κἀνατρέψαντας πόλιν.

1205. καὶ τενεῖς ὡς τὴν γυναῖκα. Eurip. Suppl. 720. οἱ δ' ἔτειναν εἰς πύλας. *Illi vero curſu tendebant ad portas.* Ad quem locum vide Marcklandum.

IN RANAS.

Quatuor ſunt Mſſ. codd. ad quos Fabulam hanc contuli:

A. Regius membranaceus MMDCCXII.

B. Regius charraceus MMDCCXVII.

C. Regius bombycinus, poſt impreſſum catalogum in Bibliothecam illatus, quo continentur Plutus, Nubes, Ranæ, cum ſcholiis & gloſſis inter verſus. Jam typis deſcripta erat Fabula, quum codicis hujus uſum nactus ſum.

D. Meus, quo continentur tres eædem Fabulæ. Codex eſt bombycinus eleganti manu ſcriptus cum ſcholiis aliquot in margine, & gloſſis inter verſus minio ſcriptis. In extrema ultimi folii pagina librarii nomen & loci ubi ſcriptus fuit codex his verbis notatum: Μιχαὴλ ὁ τοῦ Λυσγᾶ πενίᾳ σιζῶν ἐξέγραψεν ἐν Ρυθύμνῃ Κρήτης.

ARGUMENTI L. 1. εἰς Ἀιδου. Sic e membranis edidi. Vulgo εἰς Ἀιδην. Vide not. ad Lyſ. 407. & Corinthum de Dial. p. 19.

L. 3. παρασχεῖν. E membr. vulgo παρέχειν.

L. 7. συμμεμαχηκέναι. E membr. vulgo συνπεναυμαχηκέναι.

L. 15. πρὸς τὸν Πλούτωνα κ. τ. Π. παρελθόντες. Sic membran. optime. Vulgo περιελθόντες, omiſſo etiam articulo ante Πλούτωνα.

L. 17. περὶ τοῦ τὴν πολιτείαν ἐξισῶσαι. Optima eſt membran. lectio. Vulgo τὴν πολιτείαν ἐξελάσαι, ubi quas omiſſas fuiſſe librarii culpa voces arbitrabatur Kuſterus, ad hunc modum reponit, περὶ τοῦ τοὺς ἀγαθοὺς τῆς πολιτείας ἐξελάσαι. Sed fruſtra eſt. Sincera iſta τὴν πολιτείαν ἐξισῶσαι ſpectant ad fabulæ locum, v. 687. ubi ipſiſſimum hoc verbum legitur: πρῶτον μὲν οὖν δοκεῖ ἐξισῶσαι τοὺς πολίτας.

L. penult. ejusd. paginæ. ἐδιδάχθη δὲ — addita e membr. particula. Mox verbis Φιλωνίδης ἐπιγράφη ſignificatur fabulam hanc non

num die ſecundo, qui vocabatur Χόες. Vide Meurſium Gr. Fer. in Ἀνθεστήρια. Quotannis celebrabatur, quapropter aſſimulati infantis annos ſciscitans Mneſilochus facete quærit, quot ſit Choas natus. Huic quæſtioni congruit mulieris reſponſum,

σχεδὸν τοσοῦτο, καὶ ὅσον ἐκ Διονυσίων.

Fere tantum, & quantum effluxit temporis ab ultimis Antheſteriis. Nam per Dionyſia hîc Antheſteria ſignificari, Choum quæ præcedit oſtendit mentio. Quum autem infans ille nihil aliud ſit quam uter vini plenus, rei accommodata eſt hæc annos computandi ratio. Veri enim haud abſimile eſt vini ætatem Athenienſes Liberalium numero indicaſſe. Aliæ hanc in rem apud alias gentes formulæ ſunt in uſu: in Galliæ quibusdam regionibus dici ſolet, *du vin de trois feuilles, de quatre feuilles.*

1002. Probabilior emendatio erat μή μ' ἱκετεῦσι σύ. Sic ſup. v. οἰμῶξι. v. 1108. λαλῆσι. 1127. ἀποκεκόψι. 1176. ἀνεγείρι. 1179. ὀρκῆσι, μελετῆσι, aliaque, e quibus analogiam quamdam in iſtis Scythæ barbariſmis obſervare licet.

1054. Heſych. δαιμονᾷ, ὑπὸ δαίμονος κατέχεται. Suidas: δαιμονᾷν, ὑπὸ δαίμονος κατέχεσθαι, καὶ μαίνεσθαι. Poſteriore ſignificatione, ſcilicet pro *lymphata mente furiari*, hîc adhibitum. Æſchylus S. Th. 1003.

ἰὼ πάντων πολυπονώτατοι·
ἰὼ δαιμονῶντες ἐν ἄτᾳ.

Choëph. 564.

— ἐπειδὴ δαιμονᾷ δόμος κακοῖς.

Eurip. Phœn. 899:

ὡς δαιμονῶντας, κἀνατρέψαντας πόλιν.

1205. καὶ τενεῖς ὡς τὴν γυναῖκα. Eurip. Suppl. 720. οἱ δ' ἔτεινον εἰς πύλας. *Illi vero curſu tendebant ad portas.* Ad quem locum vide Marcklandum.

IN RANAS.

Quatuor ſunt Mſſ. codd. ad quos Fabulam hanc contuli:

A. Regius membranaceus MMDCCXM.

B. Regius charta ceus MMDCCXVII.

C. Regius bombycinus, poſt impreſſum catalogum in Bibliothecam illatus, quo continentur Plutus, Nubes, Ranæ, cum ſcholiis & gloſſis inter verſus. Jam typis deſcripta erat Fabula, quum codicis hujus uſum nactus ſum.

D. Meus, quo continentur tres eædem Fabulæ. Codex eſt bombycinus eleganti manu ſcriptus cum ſcholiis aliquot in margine, & gloſſis inter verſus minio ſcriptis. In extrema ultimi folii pagina librarii nomen & loci ubi ſcriptus fuit codex his verbis notatum: Μιχαὴλ ὁ τοῦ Λυσγᾶ πενίᾳ σιζῶν ἐξέγραψεν ἐν Ρυθύμνῃ Κρήτης.

ARGUMENTI L. 1. εἰς Ἅιδου. Sic e membranis edidi. Vulgo εἰς Ἅιδην. Vide not. ad Lyſ. 407. & Corinthum de Dial. p. 19.

L. 3. παρασχεῖν. E membr. vulgo παρέχειν.

L. 7. συμμεμαχηκέναι. E membr. vulgo συνεναυμαχηκέναι.

L. 15. πρὸς τὸν Πλούτωνα κ. τ. Π. παρελθόντες. Sic membran. optime. Vulgo περιελθόντες, omiſſo etiam articulo ante Πλούτωνα.

L. 17. περὶ τοῦ τὴν πολιτείαν ἐξισῶσαι. Optima eſt membran. lectio. Vulgo τὴν πολιτείαν ἐξελάσαι, ubi quas omiſſas fuiſſe librarii culpa voces arbitrabatur Kuſterus, ad hunc modum reponit, περὶ τοῦ τοὺς ἀγαθοὺς τῆς πολιτείας ἐξελάσαι. Sed fruſtra eſt. Sincera iſta τὴν πολιτείαν ἐξισῶσαι ſpectant ad fabulæ locum, v. 687. ubi ipſiſſimum hoc verbum legitur: πρῶτον μὲν οὖν δοκεῖ ἐξισῶσαι τοὺς πολίτας.

L. penult. ejusd. paginæ. ἐδιδάχθη δὲ — addita e membr. particula. Mox verbis Φιλωνίδης ἐπιγράφη ſignificatur fabulam hanc non

ipsius auctoris, sed Philonidis nomine editam fuisse. Vide Kusteri notam ad Schol. Pluti 179. Testatur ipse sæpius Comicus se complures fabulas aliis poëtis edendas dedisse. Vide Nub. 530. Vesp. 1018. Equit. 513.

ARGUMENTUM METRICUM omisi, non tam ob mendas aliquot, quæ facile possunt elui, quam quod totum inficetum mihi visum est: idcirco illud inter notas relegavi. Sic autem legi debet:

Μαθὼν παρ' Ηρακλέους Διόνυσος τὴν ὁδὸν,
πρὸς τοὺς κατοιχομένους πορεύεται, λαβὼν
τὸ δέρμα καὶ τὸ σκύταλον, ἀναγαγεῖν θέλων
Εὐριπίδην. λίμνην δὲ διέβαινεν κάτω·
καὶ τῶν βατράχων ἀνέκραγεν εὔφημος χορός.
ἔπειτα μυσῶν ἐκδοχή. θεράπων δ' ἰδὼν,
ὡς Ηρακλεῖ, προσέκοπτε διὰ τὸν Κέρβερον.
ὡς δ' ἀνεφάνη, τίθεται τραγῳδίας ἀγών·
καὶ δὴ σλεφανοῦται γ' Αἰσχύλος. τοῦτον δ' ἄγει
Διόνυσος εἰς φῶς· οὐ μὰ Δία γ' Εὐριπίδην.

V. 3. legitur vulgo καὶ τὴν σκυτάλην, ἀνάγειν — trochæo quartam sedem tenente. In C. qui solus meorum codd. hoc argumentum habet, mendose etiam, sed ad verum propius, τὸν σκύταλον. Conc. 76.

ἔγωγέ τοι τὸ σκύταλον ἐξηυρηκάμην.

Præterea ad metri integritatem ἀναγαγεῖν legendum est. Quod autem v. 6. editum est Πλούτων δ' ἰδὼν, id ex ipsa fabula falsi arguitur. Scripserat procul dubio hujus argumenti auctor θεράπων δ' ἰδὼν, Plutonis scilicet famulus Æacus, quæ dramatis persona in codd. plerumque indigetatur nomine Θεράπων.

Vers. 1. εἰωθότων. Gl. τῶν συνήθων. V. seq. θεώμενοι. Gl. θεασαί. His exemplis usus est Corinthus de Dial. Att. p. 58. καὶ τὸ χρῆσθαι ταῖς μετοχαῖς ἀντὶ ὀνομάτων, ὡς ἐν Βιλράχοις Ἀριστοφάνης. εἴπω τι τῶν εἰωθότων, ὦ δέσποτα; ἀντὶ τοῦ τῶν ἐθίμων. καί· οἱ θεώμενοι. ἀντὶ τοῦ θεαταί.

4. χολή. Sic quatuor codd. In A. & C. scriptum fuerat primo σχολὴ, sed σ erasum fuit in uno, in altero litura inductum. In meo superscripta glossa λυπή. Sensus est: λίαν γὰρ ἡδὴ λυπεῦμαι τοῦτο ἀκούων. Quod oscitantes duo scripserant librarii, postea vero, deprehenso errore, emendarunt σχολὴ, id genuinum esse contendit Daweſius, sed minime mihi persuadet. Ad Herculem properans Bacchus, viam ad Inferos ducentem sciscitaturus, non diceret sibi *otium* superesse. E solo sermonis contextu manifestum est particulam ratiocinativam γὰρ ad proxime præcedens τοῦτο φύλαξαι referri; non vero ad νὴ τὸν Δί' ὅ τι βούλει γε.

7. θαῤῥῶν γε· μόνον ἐκεῖν' ὅπως μὴ 'ρεῖς. Sic A. C. In meo μόνον δ' ἐκεῖν' ὅπως — Melius abest particula adversativa. Alia in impressis vocum collocatio: θαῤῥῶν γ'. ἐκεῖνο μόνον ὅπως —

8. ταὐναφορον. Vide Phœnissarum fragm. IV. In Equit. v. 998. oraculorum magnam vim afferens; eorumque sub pondere gemens ait Isiciarius:

εἶμ', ὡς χτσείω, κοὐχ ἅπαντας ἐκφέρω.

9. μηδ' ἔτι. Sic tres Regii. Vulgo μηδ' ἔτι.

13. Φρύνιχος, Comicus poëta Nostri cœvus, de quo mentio in Argumento. Alius fuit ejusd. nominis poëta tragicus antiquior. Vide Bentleii Dissert. Phalar. de Origine Tragœdiæ p. 144. latinæ versionis. Amipsias poëtam nostrum in comœdiarum commissione bis superavit. Ejus Comastis cesserunt Aristophanis Aves: Conno Amipsiæ cesserunt priores Nubes. Fabulam etiam contra Socratem fecit, in qua Philosophus traductus in scenam, cujus tres versus servavit Diog. Laërt. II. 28.

Σώκρατες, ἀνδρῶν βέλτιστ' ὀλίγων, πολλῶν δὲ μαλχιόταθ' ἥκεις
καὶ σὺ πρὸς ἡμᾶς, καθ' ἑρικός τ' εἶ· πόθεν ἂν σοι χλαῖνα γένοιτο;

τουτὶ τὸ κακὸν, τῶν σκιλοτόμων κατ' ἐπήρειαν γεγένηται.

15. σκευηφορουσ'. Sic uno verbo A. D. in hoc: οἵ τινες σκευηφοροῦσ'. In B. οἱ σκεύη φέρουσ' — Vides gloſſas, easque pravas, a librariis in textum immiſſas fuiſſe, nulla meri habita ratione. Fallebantur iſti interpretes. σκευηφορουσ' dativus eſt participii, nec quidquam extrinſecus eſt arceſſendum. ποιεῖν de poëtis dictum valet *ſcribere, componere:* ut infra v. 79. ὥσπερ ἄλλον ποιητὴ διώθουσι ποιεῖν τοῖς ἑκάστοτε σκευηφορουσι δούλοις ἐν κωμῳδίᾳ. *Quæ alii poëtæ tribuere ſolent ſervis identidem ſarcinas bajulantibus in comœdia.*

18. πλεῖν. Corinthus de Dial. p. 59. Ἀττικὸν καὶ τὸ πλεῖν ἀντὶ τοῦ πλέον, δεῖν ἀντὶ τοῦ δέον. Mœris: πλεῖν ἢ μύριοι, Ἀττικῶς. πλέονες ἢ μύριοι, Ἑλληνικῶς. Sumtum exemplum e Pluto 1184. Occurrit πλεῖν Lyſ. 589.

22. υἱὸς σλαμνίου. Schol, δέον εἰπεῖν υἱὸς Διὸς, υἱὸς σλαμνίου εἶπε πρὸς ὑπόνοιαν. ἐπειδὴ ὁ οἶνος ἐν σλαμνίῳ ἐμβάλλεται. V. ſeq. τοῦτον δ' ἐχῶ. Gl. ὀχεῖσθαι ποιῶ.

24. Nihil certius videtur Daweſii obſervatione de diverſo uſu modorum optativi & ſubjunctivi cum particulis ἵνα, ὅφρα, μὴ, quam viginti exemplis ex Ariſtophane confirmavit p. 82. ſqq. Quid ergo de hoc loco ſtatuendum, ubi verbis de tempore præſenti βαδίζω, πονῶ, ἐχῶ, ſubjiciuntur cum ἵνα μὴ modi optativi ταλαιπωροῖτο & φέροι? quod græce non minus ſolœcum eſt, quam ſi latine dicas: *hunc autem vehi facio, ut ærumnarum eſſet expers & onus non ferret.* Eſt quidem illa codd. IV. ſcriptura, quam nihilominus mendoſam eſſe cenſeo; nec dubito, quin ſcripſerit poëta:

ἵνα μὴ ταλαιπωρῇ τε, μήτ' ἄχθος φέρῃ.

Activa forma ταλαιπωρέω perinde in uſu eſt ac media ταλαιπωρέομαι, quod e ſolis lexicis notum, Vide Lyſ. 766. 1220. 1221.

27. ὗνος. Sic excudi debuit, ut eſt apud Euſtathium ad Hom. p. 488. l. 10. id eſt, ὁ ὗνος.

33. Xenophon Hellen. p. 36. edit. Lipſ. οἱ δὲ Ἀθηναῖοι τὰ γεγενημένα καὶ τὴν πολιορκίαν ἐπεὶ ἤκουσαν, ἐψηφίσαντο βοηθεῖν ναυσὶν ἑκατὸν καὶ δέκα, ἐσωσάζοντες τοὺς ἐν ἡλικίᾳ ὄντας ἅπαντας, καὶ

ΔΟΥΛΟΥΣ καὶ ἐλευθέρους. Hac claſſe paulo poſt ad Arginuſas pugnatum, ſervisque qui prælio interfuerunt, libertas data.

36. βαδίζων εἶμι male accipit Spanhemius pro βαδίζω, tanquam ſi ſcriptum eſſet εἰμί. Diverſum eſt εἶμι, quod valet πορεύσομαι, ut recte exponit codd. gloſſa.

37. ἠμὶ Attice pro φημί. Vide Etymol. M. p. 416. l. 26.

38. Plautus Trucul. II. 2. 1.

Quis illic eſt, qui tam proterve noſtras ædes arietat?

48. ἐμπεδάτινον Κλεισθένει. *Cliſthenem inſcendi.* Tanquam ſi navis fuiſſet hoc inſignita nomine. Salſe cinædum perſtringit, ut Lyſiſtr. 1092.

51. κατ' ἔγωγ' ἐξηγρόμην. Inepte vulgo continuata Baccho hæc verba codices A. B. Xanthiæ tribuunt, qui tamen ſe nondum colloquio immiſcet: Herculi ea multo melius tribuunt C. D. Gloſſa ἐξηγειρόμην ἐξ ὕπνου. Qui ſomnia ſua aliis narrant, fabulam plerumque his verbis concludere ſolent, quibus Hercules facete Baccho ſignificat ſe fortibus ejus factis fidem non habere.

52. ἀναγιγνώσκοντί μοι. Sic B. duplici γ, recte. Propriam hanc Atticis ſcripturam tum codicum, tum veterum Grammaticorum auctoritate ubique apud Comicum reſtitui. Euſtathius p. 1064. l. 1. τὸ δὲ γινώσκειν οἱ μὲν ὕστερον Ἀττικοὶ μετὰ καὶ δευτέρου γάμμα γιγνώσκειν φασὶν, ὡς καὶ ὁ Κωμικὸς δηλοῖ, καθὰ καὶ τὸ γίνεσθαι, γίγνεσθαι. Conſer Valckenarium ad Phœniſſas 1396.

55. σμικρὸς, ἡλίκος Μόλων. Ironice hoc dictum. Nam Molon, quisquis ille fuerit, ſive hiſtrio, ſive graſſator, fuit procul dubio inſigni corporis magnitudine.

57. ξυνεγένου τῷ Κλεισθένει; Articulum vulgo omiſſum exhibent IV. codd. quorum me conſenſus permovit, ut eum reciperem, pro ἀτταταῖ, quod habent illi etiam, ſcribendo ad metri legem ἀτατατάῖ.

58. οὐ γὰρ ἀλλ' ἔχω κακῶς. Tres particulæ οὐ γὰρ ἀλλὰ ſic aggregatæ ſimulque ſumtæ tantumdem valent ac καὶ γάρ, *etenim*, *enimvero*: nec diſtingui inter illas debet, quod poſt Bentleium ad Callim. fragm. XCII. monuit Jo. Jenſius Lect. Lucian. pag. 144.

Ellipſin comminiſcuntur alii Grammatici, quam diverſimode ſupplent, plerumque ridicule. Gl. in cod. meo: νὴ γὰρ τοῦτο ἐπιδεῖμῶ, ὃ λέγεις· ἀλλὰ κακῶς ἔχω. In°C. οὐ γὰρ τοῦτό ἐστι. Noviſſimus auctor Doctrinæ particularum: μὴ σκῶπτέ με. οὐ γάρ σε σκώπτω. ἀλλὰ κακῶς ἔχω. Hujuscemodi millena excogitare poſſis, quorum nihil auctor in mente habuerit.

64. ἢ ἕτερα φράσω; Sic plene, ſine eliſione ſcriptum in codice meo, ut in Kuſteri editione, recte. In aliis codd. ἢ 'τερα. Pejus Vett. editt. ἢ 'τέρα, quod imperite revocavit Berglerus. ἕτερα accuſativus eſt pluralis, cujus ultima brevis ante φρ produci non poteſt.

76. Σοφοκλέα. Duæ ultimæ in unam coaleſcunt. Sic infra 863. Πηλέα diſyllabum, in Theſm. 26. Ηρακλέα triſyllabum eſt.

78. Ordinem verborum & ſententiam declarat interpunctio: οὐ, πρίν γ' ἂν Ιοφῶντα, μόνον αὐτὸν ἀπελαθῶν, κωδωνίσω, ὅ τι ποιεῖ ἄνευ Σοφοκλέους. Iophontem perſtringit, quem vulgus opinabatur fabulas non compoſuiſſe, quas ſuo nomine ediderat; ſed illis a patre Sophocle conſcriptis filium ἐπιγραφῆναι. — κωδωνίσω. Gl. in C. δοκιμάσω, ἐκ μεταφορᾶς τῶν νομισμάτων. Bene. Infra 723. nummorum mentio κεκωδωνισμένων. Inepta in meo codice gloſſa, διακεκρύξω. Hinc verbale κωδωνιστός. In Lyſ. 485. πρᾶγμα ἀκωδώνιστον, *res inexplorata.*

81. ἐπιχειρήσειεν ἄν. Sic optime membr. Vulgo ſolœce ἐπιχειρήσειέ μοι. Pejus in C. ἐπιχειρήσειέ με. Potentialis particula ἄν ſalva linguæ indole abeſſe non poteſt: at inutile eſt pronomen μοι. Satis enim per ſe intelligitur, quibusnam ſe comitem furtim applicare conaretur Euripides, nempe Sophocli & Baccho, ſi illum hic ab Inferis reduceret. Vide ad Lyſ. 301. Theſm. 593.

86. ὁ δὲ Ξενοκλέης. Vide not. ad Theſm. 169.

91. πλεῖν ἢ σταδίῳ λαλίστερα. Comparatio comica. Nub. 430.

τῶν Ελλήνων εἶναί με λέγειν ἑκατὸν σταδίοισιν ἄριστον.

Alexis Comicus apud Euſtathium p. 1226. l. 13.

κρείττων ἐκεῖνός ἐστιν ἡμέρας δρόμῳ.

93. χιλιδόνων μουσεῖα. Euſtathius ad Odyſſ. p. 1914. lin. 34.



δαλαγοῦσα δὲ ἀκαλὰς (ἢ χελιδὼν) οἷα Θρᾷσσα κατὰ τὸν μῦθον. διὸ καὶ ὁ Κωμικὸς, ὃς ἐκεῖνος ψέγει, ὡς τὰς Μούσας ἀφανίζοντας, χελιδόνων μουσεῖα καλεῖ· ὃ ἐστὶν ὑποβαρβάρους, χελιδόνων δίκην, οὐ μὴν ἐμμούσους ὡσεὶ καὶ Σειρήνων ἢ ἀηδόνων. Hinc infra 678. Cleophontis peregrinitatem, dictionisque barbarismum perstringit: ἐφ' οὗ δὴ χείλεσιν ἀμφιλάλοις δεινὸν ἐπιβρέμεται Θρηϊκία χελιδών, ἐπὶ βάρβαρον ἐζευγμένη πέταλον. Alio sensu verba ista χελιδόνων μουσεῖα adhibuerat Euripides in Alcmena, unde ea transtulit Comicus:

πολὺς δ' ἀνεῖρπε κισσὸς, εὐφυὴς κλάδος,
χελιδόνων μουσεῖα.

94. Hujus loci sensum non adsecuti sunt interpretes, quem pessime sic reddidit Berglerus: *qui gaudio emoriuntur, si chorus eorum tantum semel secunda utatur fortuna in tragœdia.* Centum ista parasangis a poëtæ mente distant. φρονδὸν εἶναι, γίγνεσθαι, οἴχεσθαι, nullibi significat, nec significare potest *gaudio emori.* προσουρέω, *secundo vento*, vel *secunda fortuna utor*, ne græcum quidem est. Satis mirari nequeo Henr. Stephano, viro doctissimo, fraudi fuisse ineptam græculi in scholiis interpretationem: προσουρήσαντα, εὐθυδρομήσαντα, εὐδοκιμήσαντα, ἐν τραγῳδίας δράματι ἐπαινεθέντα. Melioris notæ sunt, quæ tradit scholion ineditum cod. Regii C. οὐρίζω, τὸ ἀπὸ τοῦ οὔρου τοῦ ἀνέμου. οὐρῶ, τὸ ἀπὸ τοῦ οὔρου, τοῦ ἐκκρινομένου ὑγροῦ. προσουρήσαντα οὖν, τὸ βραχύν τινα χρόνον διατρίψαντα, καὶ τῶν αὐτῶν λήρων ἐκχέαντα τῇ τραγῳδίᾳ. Acceperunt interpretes istud προσουρήσαντα pro accusativo singulari ad χορὸν pertinente, quum sit neutrum plurale in casu recto, cum ἃ φρονῦδα conjungendum. Denique χορὸν λαμβάνειν dicebantur Scenici poëtæ, quibus locupletes cives choragi munere fungentes, (vide Petitum de Leg. Att. p. 351.) chorum instruebant, sumtusque suppeditabant omnes producendo dramati. Vide interpretibus notata ad Eq. 513.

καὶ βασανίζειν, ὡς οὐχὶ πάλαι χορὸν αἰτοίη καθ' ἑαυτόν.

Exilibus racemulis succo carentibus comparatos adolescentulos illos, qui, nondum maturo ingenio, tragœdiæ componendæ se pares esse rentur, ait Bacchus statim *arescere*, *evanescere*, si, accepto choro,

ſemel tantum in Fragœdiam minxerint : necdum enim ſunt adeo validi, ut cum ea rem habere poſſint eo ſucceſſu, quo gaudere ſolent οἱ γόνιμοι. Hæc eſt poëtæ mens. De Tragœdia, tanquam de meretrice, loquitur, quæ amatoribus poëtis copiam ſui facit. Sic de Comœdia in Equit. 517.

πολλῶν γὰρ δὴ πειρασάντων αὐτὴν, ὀλίγοις χαρίσασθαι.

100. αἰθέρα Διὸς δωμάτιον. Vide not. ad Theſm. 272. Χρόνου πόδα erat in Euripidis Alexandra, καὶ χρόνου πρόβαινε πόδα. Audacior eadem locutio occurrit in Bacch. 876. ubi de Diis dicitur:

κρυπτεύουσι δὲ ποικίλως
δαρὸν χρόνου πόδα, καὶ
θηρῶσιν τὸν ἄστεγον.

Quæ ſequuntur ſpectant notiſſimum ex Hippolyto verſum, Comico ſæpius vexatum :

ἡ γλῶσσ' ὀμώμοχ', ἡ δὲ φρὴν ἀνώμοτος.

Confer Theſm. 275.

103. Hunc verſum profert Suidas T. III. p. 295. ſed mendoſe. Unde ſumtus eſſet, ignoravit Kuſterus, quem ad veram ſcripturam non duxit conjectura.

104. κόβαλα. Sic IV. codd. Perperam vulgo κώβαλα. Codicum hac in re aſſenſus non requirendus erat ; notum enim eſt e multis Comici locis mediam in hac voce per ſe longam eſſe. Vulgo etiam infra 1015. κωβάλους exhibent libri : in Pl. 279. κώβαλος. Equit. 270.

ὡσπερεὶ γέροντας ἡμᾶς, κἀκκοβαλικεύεται.

& ſic ubicunque vel nomen vel derivatum occurrit.

106. ἀτεχνῶς γε. Sic, ut vulgo, membr. & C. In duobus reliquis omiſſum γε, quod ſalvo metro abeſſe non poteſt : in priori enim voce media ſemper apud Comicum correpta. ἀτεχνῶς, ἁπλῶς, καθόλου. Vide Ammonium.

108. ἀλλ' ὥσπερ ἕνεκα τήνδε τὴν σκευὴν ἔχων. Sic A. C. D. vulgo οὕνεκα & σκευὴν φέρων.

118. ἕπως τάχιστ' ἀφίξομαι θ' εἰς Ἅιδου. Sic bene membran. & meus. In C. ἀφίξομαι. In B. ut vulgo, ἀφίξομ' εἰς —

121. θρανίου. *Scabellum* hac voce notatur, cui inſiſtens quis collum induat laqueo, quo fiat una litera longa, ut ait Plautus Aulul. I. 1. 38. Male Pollux X. 48. pro *paxillo* accipit, ad quem locum vide Jungermannum.

123. τετριμμένη. Jocus eſt in ambigua ſignificatione verbi τρίβειν, quod de via dicitur, tum de medicamentis quæ in mortario teruntur. Similis jocus eſt in Stratonis vetuſto carmine XI. ubi inveſtes medici φάρμακον τρίβειν dicuntur, quo ſignificatur illa τοῦ δεῖνα τρίψις, cujus haud infrequens mentio apud Comicum.

129. Vide Meurſium Gr. Fer. in Λαμπάς.

138. πῶς περαιωθήσομαι. Inſerta vulgo particula γε, quam in uno Regio omiſſam, ut inutilem expunxi.

141. Alluſio ad Judicum Athenienſium mercedem, aut eam quæ civibus in contione ſuffragia ferentibus dabatur. Non eadem fuit ſemper: ſed diverſis temporibus aucta vel imminuta fuit ab uno ad tres obolos: duorum obolorum tum fuiſſe videtur, quando editæ fuerunt Ranæ. Idcirco Charonti, quem ceteri omnes mythographi obolo contentum fuiſſe volunt, Comicus duobolon nauli nomine ſolvi fingit.

142. Θησεύς σφ' ἤγαγε. Vulgo pronomen abeſt, quod flagitante ſermonis ratione repoſui.

144. μή μ' ἔκπληξε. (typothetæ errorem corrige) Gl. in C. μή μ' εἰς ἔκπληξιν καὶ φόβον ἔμβαλε· οὐ γάρ μ' ἀποστήσεις τῆς ὁρμῆς.

145. βόρβορον πακύν. Sic cod. meus. Reliqui, ut vulgo, πολύν. V. ſeq. νῶν. Gl. in C. μέον. In meo, πάον. Recte. Eſt participium verbi πάω, *fluo*, *mano*. Verti debuit, *& merdam ſemper fluentem*.

149. ἠλόησεν. Vulgo ἠλοίησεν, quemadmodum in duobus codd. ſcriptum eſt. Membr. ἠλοίησεν: meus ἠλοίωσεν. Ad Atticiſmi normam exactum eſt quod dedi. Vide Valckenarii Animadv. ad Ammonium p. 21. Gloſſa codd. ἔτυψεν. Obſceno ſenſu accipit Toupius ad Suidam II. 102. quod magis comicum eſt. Virgilius Æn. VI. 608.

Hic quibus inviſi fratres, dum vita manebat,
pulſatusve parens, & fraus innexa clienti;
aut qui divitiis ſoli incubuere repertis,
nec partem poſuere ſuis, quæ maxima turba eſt — &c.

150. ἢ 'πίορκον ὄρκον ὤμοσεν. Homerus Iliad. τ'. 259.

καὶ Ερινύες, αἵτ' ὑπὸ γαῖαν
ἀνθρώπους τίνυνται, ὅστις κ' ἐπίορκον ὀμόσσῃ.

151. De Morſimo vide ad Eq. 401.

153. Cineſias Dithyrambicus ſeu κυκλίων χορῶν poëta, quem ſæpe exagitat Comicus. De eo videndus Perizonius ad Æl. V. H. X. 6. & III. 8. ubi docet πυῤῥίχην hic canticum notare, ad quod ſaltabatur.

154. περίειτιν πνοή. Perperam vulgo περίεισι. Vide ad Theſm. 450. Virgil. Æn. VI. 638.

Devenere locos lætos, & amœna vireta
fortunatorum nemorum, ſedesque beatas.
largiôr hic campos æther & lumine veſtit
purpureo, ſolemque ſuum, ſua ſidera norunt.

161. ὤν. ἂν δέῃ. Sic tres codd. Vulgo δέει.

170. τινες ἐκφέρουσι. Sic ſolus C. cum impreſſis. Tres alii codd. τινες φέρουσι. Vide not. ad Lyſ. 408.

173. πόσ' ἄτλα. Male vulgo ἅτλα cum aſpiratione. Vide Thomam M. in ἄτλα.

180. ὡὸπ παραβαλοῦ. Charontis ἐπιφώνημα eſt, quo ripæ proximus vectorem, quem remigare cogit, jubet cymbam ripæ applicare. Vide infra ad 269. Hoc vero dum clamat, in ulteriori ripa eſt; poſtea ſolus cymbam reducit ad ripam in qua ſtat Bacchus.

181. τουτὶ τί ἐστι; Hæc verba in IV. codd. Xanthiæ tributa. Quæ ſequuntur usque ad 185. in meo & in B. continuata Baccho ſine famuli perſonæ interpoſitione: in membr. & in C. Xanthiæ perſona, quæ ante v. 183. poni debuit, ſuperiori præfixa eſt. In γ. 185. media ſalutatio melius famulo tribueretur.



189. τοῦ γ' οὕνεκα. Sic meus & duo Regii: C. ut vulgo, perperam εἵνεκα. Vide ad Lyſ. 74.

191. τὴν περὶ τῶν κρεῶν. Vetus gloſſa in cod. meo, τῶν νεκρῶν σωμάτων. Ea poſtmodo a librariis diverſimode in textum invecta fuit. In C. textus verba ſunt, τὴν περὶ τῶν νεκρῶν. Ibi partem illius gloſſæ pro genuina voce vides. In B. uno tenore ſcriptum in textu τὴν περὶ τῶν κρεῶν, σωμάτων, ubi altera pars gloſſæ verſui addita. Sincera lectio eſt τὴν περὶ τῶν κρεῶν, cujus acumen non adſecutus eſt auctor vetus expoſitionis Kuſtero probatæ: ἦσαν γὰρ οἱ δοῦλοι τότε ναυμαχήσαντες περὶ οὐδενὸς ἄλλου ἢ περὶ τῶν ἰδίων κρεῶν, τουτέστι σωμάτων. Quod quidem, pace Kuſteri dictum ſit, eſt plane abſurdum. Nam in omni prælio, qui pugnant, pro vita certant: tum aliud etiam ſervis propoſitum erat præmium, nempe libertas. Frigida eſt, quam alii comminiſcuntur, alluſio ad notum proverbium, ὁ λαγὼς τὸν περὶ τῶν κρεῶν τρέχει. Quis enim inde emergit ſenſus? *Servum non veho, niſi qui in pugna navali fortiter dimicavit.* Sed qui dignoſcere poterat Charon, an ſervus *fortiter* dimicaſſet, necne? Sagacitatem eorum deſidero, qui facetiſſimo Comico ejusmodi ſententias tribuunt, in quibus non eſt mica ſalis. At vero ſalſe hoc loco Athenienſium ſtultitiam perſtringit, qui poſt commiſſam eodem anno, quo Ranæ editæ, celebrem ad Arginuſas pugnam, ita ſe erga victoriæ auctores duces geſſerunt, ac ſi non de imperio, ſed tantum de cæſorum *carnibus*, ſeu cadaveribus ſepeliendis, dimicatum fuiſſet. Idcirco pugnam illam τὴν περὶ τῶν κρεῶν μάχην appellat.

194. παρὰ τὸν Αὐαίνου λίθον. Faceta ambiguitas eſt in his verbis. Αὐαίνου poſitum eſt tanquam nomen proprium cujusdam ſic dicti lapidis; ſed accipi poteſt pro imperativo verbi αὐαίνομαι.

195. μανθάνεις; Bene hæc quæſtio in tribus codd. Baccho tributa: in membr. perſona non adſcripta; ſed vacuum relictum ſpatium. Bacchi intererat, non vero Charontis, Xanthiam percontari, an recte intellexiſſet, ubinam ſubſiſtere deberet herum opperiturus.

197. κάθιζ' ἐπὶ κώπην. *Sede ad remum.* Schol. in C. ἤγουν ἐπὶ τῷ μεταχειρίζεσθαι ταύτην· ὁ δὲ παφλαγόνας ἐπαίνῳ ταύτης ἐκάθισεν.

202. οὐ μὴ φλυαρήσεις ἔχων. Sic recte B. Reliqui, ut vulgo, perperam φλυαρήσῃς. Vide not. ad Lyſ. 704. Participio ἔχων ſuperſcripta gloſſa in C. περισσόν. Vide ad Theſm. 473. V. ſeq. ἐλᾷς futurum eſt Atticorum more formatum, quibus futura in σω poſt α breve, ε & ο in ῶ contrahuntur: ἐλάσω, ἐλῶ: καλέσω, καλῶ: ἀρέσω, ἀρῶ. Ut hic οὐ μὴ φλυαρήσεις, ἀλλ' ἐλᾷς, ſic Nub. 505.

οὐ μὴ λαλήσεις, ἀλλ' ἀκροᾶσθήσεις ἐμοί.

Confer notam ad v. 298.

207. θαυμαστά. Sic libri omnes. Nugatur Mœris θαυμάσιον, non θαυμαστὸν, Atticis ſcriptoribus uſitatum fuiſſe dicens, quibus & præſertim Comico utrumque promiſcue adhibitum.

216. Heſychius: Διμναγενές. Λίμναι, ἐν Ἀθήναις τόπος, ἀνακείμενος τῷ Διονύσῳ, ὅπου τὰ Λήναια ἤγετο. Erat autem Bacchi feſtum Λήναια appellatum idem quod alio nomine dicebatur Ἀνθεστήρια, cujus dies tertius Χύτροι, ſeu Χύτραι appellabatur, quo certabant poëtæ agebanturque fabulæ. Videat lector eruditam Ruhnkenii diſputationem in auctario emendatt. ad Heſychium ad v. Διονύσια, qua ſola accurate traditur Liberalium Atticorum ratio. ἰαχήσαμεν verti debuit *cantare ſolemus*, quæ frequens eſt iſtius aoriſti ſignificatio.

218. ταῖς ἱεραῖσι Χύτρῃσι. Sic membr. Vulgo τοῖς ἱεροῖσι Χύτροισι.

233. ὑπολύριον. Huc reſpexit Pollux IV. 62. καὶ δόναξ δέ τις ὑπολύριον οἱ κωμικοὶ ὠνόμαζον, ὡς πάλαι ἀντὶ πλήκτρου ὑποτιθέμενον ταῖς λύραις. Heſych. δόναξ ὑπολύριον. πάλαι γὰρ ταῖς λύραις κάλαμος ἀντὶ πλήκτρου ὑπετίθετο. Suppoſitus ille lyræ fidibus calamus eundem præſtabat uſum, quem in inſtrumentis quæ hodie chordis inſtruuntur pars illa quam vocant *le chevalet*.

247. χορείαν αἰόλαν, *celerem choream*, πηδητικήν, ut exponit Suidas. Nulla cauſa erat cur diverſa ſignificatione acciperetur Theſm. 1054.

253. εἰ στυγήσομεν. Vulgo omiſſus hic verſiculus, cui reſpondet ille Bacchi, εἰ διαβραγήσομαι. E ſolis membr. reſtitutus fuit.

259. ἡ Φάρυγξ. Sic tres codd. Perperam C. ὁ Φάρυγξ.

264. Verſus eſt trochaicus male vulgo digeſtus. Mendoſe in membr. οὐδὲ μὴν ὑμεῖς γ' ἐμὲ οὐδεπώποτε. Vide ad Theſm. 32.



265. Male vulgo digeſtus hic verſus, ſenarius eſt, ita ut eum repræſentavi, ſcriptus in membr. ubi recte δεῖ, quod linguæ non minus quam metri flagitat ratio. Reliqui codd. cum impreſſis titubante verſu & ſolœce δεῖ.

266. ἕως ἂν ὑμῶν ἐπικρατήσω τοῦ κόακ: id eſt juxta codicis mei gloſſam, ἕως ἂν ἐπικρατέστερος γενήσομαι τοῦ κόακ ὑμῶν. Vulgo τῷ κόακ: illud præferunt meus & B.

269. ὦ παῦε, παῦε. Infra 580. παῦε, παῦε τοῦ λόγου, pro παῦσαι, vel παῦε σαυτόν. Pace 648. παῦε, παῦ', ὦ δέσποθ' Ερμῆ, μὴ λέγε. Promiſcue media hujus verbi forma, & activa ſuppreſſo pronomine, uſos fuiſſe imperativo poëtas Atticos, exemplis ubivis obviis conſtat. Infra 1364. παύσασθον ἤδη τῶν μελῶν, perinde ac παῦε τοῦ λόγου, & Av. 1243. παῦε τῶν παφλασμάτων. In aliis modis vera eſt Thomæ obſervatio παύω ἕτερον, παύομαι δὲ ἐγώ. Gloſſæ codd. παῦε, ὦ Διόνυσε, τῆς κωπηλασίας. πλησίασον τὴν ναῦν τῷ λιμένι. Supra 180. idem dixit Charon ei, quem tum vehebat, ubi eadem in gloſſis expoſitio: πλησίασον τὸ σκάφος τῷ λιμένι.

271. ἦ Ξανθίας; Gloſſa: ὄντως ὑπάρχει ὁ Ξανθίας, ὃν ὁρῶ;

272. ἰαῦ. Gl. μίμημα τοῦ συριγμοῦ.

276. νυνί γ' ὁρῶ. Hoc dicit ad ſpectatores ſe convertens.

286. ποῦ, ποῦ 'στιν; Οπισθεν. Sic recte meus & B. In membr. verbum omiſſum eſt. Abeſt etiam in C. at ſine hiatu, ſic, ποῦ, ποῦ; — ξόπισθεν. Vulgo immodulate ποῦ, ποῦ 'στ'; ὄπισθεν. Obſerves velim comico ſenario venuſtatem ſæpe conciliare anapæſtum in paribus locis, qui, ſi in tragico ſenario occurrat, criticis quibusdam nauſeam movet.

290. ποτὲ μὲν — ποτὲ δὲ γυνή. Sic membr. Vulgo τοτὲ μὲν — τοτὲ δ' αὖ. In C. ποτὲ μὲν — τοτὲ δ' αὖ.

293. Εμπουσα τοίνυν γ' ἐστί. Melius in C. τοίνυν ἐστί. Omiſſa inutili particula. Vide infra ad v. 321.

294. καὶ σκέλος χαλκοῦν ἔχει; Perſonarum diſtinctionem exhibui quæ eſt in membr. niſi quod verſu abhinc ſecundo verba σάφ' ἴσθι, quæ in illis Baccho tribuuntur, Xanthiæ continuavi, manifeſtæ

ſententiæ ductu. Poſtquam primo ſuſpicatus eſt Bacchus ſpectrum, cujus meminerat Xanthias, Empuſam eſſe, & hic quædam addidit ſuſpicioni illi augendæ idonea, quo certior fiat, ex notis illius larvæ ſignis percontatur, *num crus æreum habeat:* cui reſpondet famulus: *ita mehercle, & alterum aſininum; certo hoc ſcias.* Nemo erit, opinor, qui lubens non agnoſcat ſic multo melius quam vulgo diviſas eſſe loquendi vices.

296. ἱερεῦ, διαφύλαξόν μ', ἵν' ὦ σοι ξυμπότης. Recte hunc verſum interpretantur veteres critici, quibus inter dramatis hujus perſonas non magis accenſebatur *Sacerdos*, quam *Empuſa*. Hiſtrio qui Bacchum agebat, hunc verſum proferens ad Liberi ſacerdotem ſe convertebat, cui ob dignitatis prærogativam in Liberalium celebratione ſedes erat in theatri loco maxime conſpicuo: alluditur autem ad morem ſuperſtitioſorum hominum qui, ſi in ſummas adducantur anguſtias, ad ſacerdotes confugiunt, ut eorum precibus ſolvantur infortunio. At librarius aliquis quum arbitratus fuiſſet iſta ad Sacerdotem dici cujus partes in fabula eſſent, noluit eum in ſcena tanquam ſtipitem ſtare, nihil proloquentem, eique verba tribuit ἀπολούμεθ', ὦ ναὶ Ἡράκλεις & Διόνυσε τοίνυν, quæ ex auctoritate Regii cod. B. & mei Xanthiæ reſtitui. In membr. etiam poſteriora verba famulo tributa, priora tantum Sacerdoti, cujus perſona utrisque præfixa eſt in C. Sacerdotis perſonam jam ſuſtulerat Zanettus, cujus in editione utraque ῥῆσις famulo tributa, ut in noſtra.

298. οὐ μὴ καλεῖς — οὐδὲ κατερεῖς. Vulgo καλῇς & κατερῇς, quod, pace dicam Profeſſorum quotquot ſunt omnium, ſolœcum eſt, nec a poëtæ manu eſſe poteſt. Vide not. ad Lyſ. 704. Codex meus & C. liquido & diſtinctis quantum poteſt characteribus habent καλεῖς & κατερεῖς. In membr. & in B. καλῇς & κατερεῖς. Scilicet librarios turbavit Attica futuri forma καλεῖς; quod verbum quum præſentis eſſe crederent temporis, illud, pro ea qua erant græci ſermonis peritia, in ſubjunctivum tranſtulerunt modum. Rationem fungorum iſtorum contractorum, quam breviter adtigi ad v. 202. plene explicavit

explicavit Daweſius p. 73. ſeqq. Miſcell. Crit. καλῶ & καλεῦμαι futura apud Comicum ſæpe occurrunt. Nub. 1001.

τοῖς Ἱππικράτους υἱέσιν εἶξις, καί σε καλοῦσι βλιτομάμαν.

ubi ridicule nugatur Scholiaſtes. Confer v. 632. 1221. Acharn. 968.

ἢν δ' ἀπολιγαίνῃ, τοὺς ἀγοραίους καλῶ.

Av. 849. ἐγὼ δ', ἵνα θύσω τοῖσι καινοῖσιν θεοῖς,
τὸν ἱερέα πέμψοντα τὴν πομπὴν καλῶ.

In eadem fabula v. 1052. ἀπολῶ futurum eſt, ut καλῶ. ibid. v. ſeq. διαπεδῶ futurum ut ἐλῶ, de quo agebam ad v. 202. Menander in Fragm. a Bentleio recte conſtituto p. 23.

ἐμοὶ παράσχε· τὴν θύραν κόψας ἐγὼ
καλῶ τιν' αὐτῶν.

Jo. Clericus, homo tam ſermonis Attici quam metrorum peritus, vertit: *pulſata janua, ego voco aliquem illorum.* Immo *ego vocabo.*

300. τοῦτό γ' ἔθ' ἧττον θατέρου. Sic membr. & C. Vulgo τοῦτο δέ γ' ἧττον. Noſtram lectionem agnoſcit etiam Scholiaſtes ab Aldo editus, cujus ab operis levis commiſſus fuit error, τοῦτο γ' ἔθ' ἧττον — debebant exprimere ἔθ'. Nexarum literarum typus ϑ poſitus fuit pro θ, cujus generis errores in græcis libris multi obſervantur: quocirca HEITZIO noſtro auctor fui, ut typos nexas uno ductu literas exprimentes ex officina ſua prorſum eliminaret. Hac occaſione græcæ eruditionis ſtudioſos monebo nihil fere ſubſidii e Scholiaſtis ad auctorum emendationem capiendum eſſe, niſi principes eorum conſulantur editiones, quibus in ſolis lectiones a veteribus criticis enotatæ fideliter repræſentantur, quæ in aliis editionibus vel typotherarum imperitia, vel pravis editorum correctionibus plerumque obliteratæ ſunt. Exemplo ſit hic locus. Aldina editio in textu exhibet τοῦτο δέ γ' ἧττον θατέρου: in Scholiis τοῦτο γ' ἔθ' ἧττον θατέρου. In ſecunda Scholiorum editione per Phil. Juntam legitur τοῦτό κ' ἔθ' ἧττον θατέρου, quæ menda per aliquot alias propagata fuit, donec tandem auctoris verba in ſcholiis reformata fuerunt ad eam lectionem, quæ in textu obtinebat: ita ut ſi quis hodie ſcholia legat in

editione Kusteri, nulla causa sit, cur ei oboriatur suspicio, veterem criticum diversam lectionem ob oculos habuisse & enotasse.

301. Ὥσπερ ἔρχει. In C. Ὥσπερ εἶπερ ἔρχῃ. In D. Ὥσπερ ἥκει ἔχῃ, cum glossa καθὰ δύνῃ. In Lys. 834. Ὥσπερ ὀρθὴν, ὥσπερ ἔρχει, τὴν ὁδὸν.

302. πάντ' ἀγαθὰ πεπράγαμεν. Sic recte C. quod e Vat. immo etiam nullo adstipulante codice, reponere debebat Kusterus, quum vulgata lectio πάνυ τἀγαθὰ manifesta labe metrum pessumdet. Glossa ad πεπράγαμεν, εὐπάθομεν. παντ' ἀγαθὰ πράττειν, *summe felicem esse* significat. Av. 1706.


ὦ πάντ' ἀγαθὰ πράττοντες, ὦ μείζω λόγου.

ibid. 800. εἶτ' ἐξ οὐδένος μεγάλα πράττει. Usum istum verbi πράττειν sensu τοῦ πάσχειν illustravit Kusterus ad Pluti v. 341. χρηστόν τι πράττων, qui licet admodum frequens & nulli non græco scriptori familiaris, interpretes tamen sæpe fefellit. Apud Lucianum in Apologia pro mercede conductis p. 722. καὶ δὴ φημί σοι μηδένα μηδὲν ἀμεῖνα ποιεῖν· οὐδ' ἂν τοὺς τὰ μέγιστα πράττοντας εἴπους, ὅπου μηδὲ βασιλεὺς αὐτὸς ἄμεινός ἐστιν: male vertitur: *neque tu mihi eos nomines, qui res maximas gerunt.* Sensus est: *neque tu etiam eos dicere possis, qui summis pollent opibus.* Inversa ratione πάσχειν sæpe ponitur pro πράττειν, ut in formula τί γὰρ πάθω; *quid enim agam?* de qua ad Lys. 884.

304. ἐκ κυμάτων γὰρ αὖθις αὖ γαλῆν ὁρῶ. Versus est ex Eurip. Or. 281. ubi Orestes quum e furore ad se redire incipit, ait:

ἐκ κυμάτων γὰρ αὖθις αὖ γαλήν' ὁρῶ.

Qui Orestem agebat Hegelochus, quum γαλην' ὁρω pronuntiare debuisset, sed ita raptim, ut ultima vocalis in γαλην' perciperetur quidem auditorum auribus, nullam tamen senarii numeris adderet momentum, quæ ratio videtur fuisse tragicos versus pronuntiandi, nulla elisa vocali vel diphthongo; ille sive deficiente spiritu, sive nescio quo alio casu pronuntiavit γαλῆν ὁρῶ, unde spectatores intelligere debuerunt eum *mustelam videre.* Quæ res multis illius ætatis comicis facete jocandi occasionem dedit. Vide utriusque poëtæ Scholiastas & Marcklandum ad Eurip. Suppl. 901. Perperam autem vulgo ex-



cuſum γελᾶν ὁρῶ, qua ratione perit jocus. Xanthias in actione fabulæ pronuntiabat ut Hegelochus γελᾶν ὁρῶ.

306. Hic verſus in B. D. omiſſus.

307. ὡς ὠχρίασ'. Sic bene Kuſterus in notis e cod. Vat. Mei, ut vulgo, ὠχρίωσ' — V. ſeq. gloſſa ad ὑπερεπυῤῥίασεν, ἐξεκαύθη κατὰ τὸ πρόσωπον.

309. τὰ κακὰ ταυτί. Vulgo ταυτὶ τὰ κακά, qua vocum collocatione dactylus ſenarii quartam occupat ſedem: id non animadverterunt editores, alioquin voces invertiſſent. Quis hic codd. conſenſum requirat? Si quis tamen adeo ſuperſtitioſus ſit, animum ei defæcabo. In membr. & C. is eſt vocum ordo, quem exhibui.

311. Hunc verſum Baccho recte continuant tres codd. Solus C. ut impreſſi, eum Xanthiæ tribuit.

312. Perſonas diſtinxi ad trium codd. fidem, qui Xanthiæ tribuunt, quæ perperam editores in Bacchi tranſtulerunt partes, & vice verſa. Error inde ortus eſt, quod in quibusdam exemplaribus v. 311. Xanthiæ tributus fuerit, ut in C. unde perturbatæ fuerunt in ſequentibus perſonæ. Nihilominus in C. ante οὗτος præfixa Xanthiæ perſona, quia parepigraphen αὐλεῖ τις ἔνδον librarius in verſuum ſerie ſcripſit, tanquam ſi verba illa pars fabulæ eſſent, & ab actore aliquo proferri debuiſſent, quæ Baccho tribuit: ſequentia autem perſonis ſic diviſit:

ΞΑΝΘΙΑΣ. οὗτος, τί ἐστιν;

ΔΙΟΝΥΣΟΣ. οὐ κατήκουσας;

ΞΑΝΘΙΑΣ. τίνος;

ΔΙΟΝΥΣΟΣ. αὐλῶν πνοῆς.

ΞΑΝΘΙΑΣ. ἴγωγε, καὶ δᾷδων γέ μ' αὖρα γέ τις εἰσέπνευσε — Non eadem in primariis editionibus perſonarum diſtinctio, quæ in recentioribus; ſed editionum varietates operæ pretium non eſt enotare, ubi meliora ex integrioris fidei codicibus proferimus.

315. ῥῆμα. Sic B. D. Vulgo ῥᾳδίως, quæ adverbii forma nullibi, quod ſciam, occurrit. Gloſſa ἡσύχως. Mendoſe in A. & D. πλύξαντες. Gloſſa in C. σωθέντες ἑαυτούς.

chus vero Opp. Moral. p. 348. E. γλώσσῃ παλαμᾶσθαι legit, nisi Erasmi error est.

356. μὰτ' ἰὰτ τὸν μὰτ' — Prava est haec lectio. Jam plus semel observavi poeticam formam ἰὰν comicam sermonem aversari. In membr. est μὰτ' ἰὰν μὰτ' — In C. μὰτ' ἰὰν μὰτ' — Recte apud Gellium Praefationis p. 11. Cod. Mf. exhibet μὰτ' ἀλλὰ μὰτ' — quod hic reponi debuit. In Plutarchi loco modo cit. legitur μὰτ' ἴσον μὰτ' —

362. ἢ πρωΐαιον θρώσω. Male vulgo πρωΐαν. Vide ad Thesmoph. 450.

364. ἀσπάσματα. Glossa δέγματα. Vide Scheffernm nostrum de Militia navali p. 139.

366. Innuitur Cinesias poëta dithyrambicus, cujus mentio versu 153. — ὑπῴδων. Sic solae membranae. In tribus reliquis ἐπῴδων perperam. Vide infra ad 874.

367. Agyrrium intelligit, de quo Scholiastes ad Conc. 102. καὶ τὸν μισθὸν δὲ τῶν ποιητῶν ἐπαίτησε. Proinde in scholio ad hunc versum pro Ἀρχῖνον reponi debet Ἀγύρριον.

369. Pessime luxatum est in omnibus libris tam scriptis quam impressis hujus versus metrum. Sic vulgo legitur:

τούτοισιν ἀναυδᾶν, κακὸν ἀναυδᾶν, κακὸν μὰλ' ἀναυδᾶν.

duplici vitio: primo quia post quartum pedem cæsura est, tum quia deest syllaba in posteriore commate. Diversæ sunt codicum lectiones, sed nihilo meliores: unice vera est ea quam reposuimus e Gellii loco modo citato.

376. ἠρίστηται δ' ἐξαρκούντως. *Prandium est enim satis.* Sic vertit Berglerus. Inepta sententia. Reponendum censeo ἠρίστηται, quod in versione securus sum. In C. scriptum a prima manu ἠρίστητα, superscripta emendatione ἠρίστηται.

378. χὤπως αἴρῃς. Sic B. & meus, in quo glossa, καὶ σπόπως ὅπως ὑψώσῃς. In membr. χὤπως αἴρεις. In C. χὤπως αἴρεις. Glossa σπόπει ὅπως μεγαλύνεις. Princeps editio & aliae veteres χὤπως αἰρῇς. Schol. αἰρεῖς τὴν Σώτειραν. ὑψώσεις ταῖς ἐπαίνοις. Vides fluctuare lectionem, cujus certiora vestigia in Aldina apparent. Scripserat poëta

ἄρεῖς more ſuo. Nullibi enim, quod ſciam, verbum cum ὅπως ſignificante *quomodo*, a ſuppreſſo verbo σκόπει vel ſimili pendente, aliter conſtruit quam in futuro indicativi aut aor. 2. ſubjunctivo, quod obſervavi ad Lyſ. 289. 1305. Theſm. 24. Locus claſſicus eſt in Lyſ. v. 1182. ubi in duobus continuis verſibus ὅπως bis poſitum diverſa conſtructione, pro diverſa ſignificandi poteſtate: prius valet *quomodo*; alterum *ut* finale:

νῦν οὖν ὅπως ἀγνεύσετε,
ὅπως ἂν αἱ γυναῖκες ἡμᾶς ἐν πόλει
ξενίσωμεν.

Sed excidit hoc loco vocula fulciendo metro neceſſaria. Verſus enim anapæſticus. Scribe itaque:

χὤπως μὲν ἀρεῖς τὴν Σώτειραν γυναίοις.

384. In membr. præfixa huic verſui perſona ἡμίχορος, quam omittunt tres alii. Eam jam adpoſuerat Zanettus.

394. Nulla perſona præfixa huic verſui in codd. In Aldina Semichorus.

402. Perſona in membr. & in C. μέρος χοροῦ. In duobus reliquis ἡμίχορος. Vulgo hæc alteri Semichoro continuantur. Codices omnes v. 408. rurſus præfixam habent Semichori perſonam.

418. Φράτορας. Præter exſpectationem pro φρασῆρας. Vide Suidam in φρασῆρες, & Meurſium Gr. Fer. in Ἀπατούρια. Confer not. ad Av. 1669. Archedemus, de quo hic agitur, Eraſinidis accuſator fuit. Vide Xenoph. Hellen. p. 41. edit. Lipſ.

421. κἄσθιν τὰ πρῶτα τῆς ἐκεῖ μοχθηρίας. Vide quæ de hac formula notavi ad Eurip. Or. 1251. Verſum hunc laudavit nuper ad Sophoclis El. p. 28. Pariſinus Profeſſor, cujus e longa, errorumque & tædii refertiſſima nota ridicula quædam protuli ad Theſm. 56. Sed non animadvertit verſum eſſe trimetrum jambicum, cujus in prima ſede trochæus ſtare non poteſt, & proinde mendoſum eſſe κἄσθι. Quod tironum infimus ultro repoſuiſſet κἄσθιν, eſt in Reg. membr. Hoc primum. Deinde quum quid apud poëtas interſit inter πρῶτα & τὰ πρῶτα non intelligat, eaque promiſcuæ ſignificationis eſſe putet,

oſtendit ſe græci ſermonis proprietatis tam peritum eſſe, quam proſodiæ & metrorum. At vero γνωσθήσεται τάχα Παρισίνοις,

οἷα διδάσκει τοὺς ἀνοήτους.

Quando apud Æſch. Prometheus ait, μέμψιν οὔ τιν' ἀνθρώποις ἔχω, οἳ ΠΡΩΤΑ μέν, βλέποντες ἔβλεπον μάτην.

in enumeratione miſeriarum humani generis, quas ſublevavit, iſtud ΠΡΩΤΑ valet *primum*, *premiérement*; & ſic in plerisque aliis quæ nullo judicio advocat exemplis. Hac ſignificatione πρῶτα, τοπρῶτα, ut πρῶτον, τοπρῶτον, promiſcue adhibentur. Sed ubi memoratur quispiam *in aliqua re excellens*, *principatum tenens alicujus rei*, jam dici non poteſt πρῶτα εἶναι, πρῶτα ἔχειν; ſed articulum τὸ omnino requirit græcæ linguæ ingenium. Sic Medea filiis ſuis dicit apud Euripidem:

εἶμαι γὰρ ὑμᾶς τῆσδε γῆς Κορινθίας
ΤΑ ΠΡΩΤ' ἔσεσθαι.

Diphilus Comicus apud Stobæum Floril. Grotii p. 137.

ὃς δ' οὔτ' ἐρυθριᾷν οἶδεν οὔτε δεδιέναι
ΤΑ ΠΡΩΤΑ πάσης τῆς ἀναιδείας ἔχει.

Quod non minus vere de aliquo dici poſſet, qui eruditis quibusvis obloqueretur, de rebus temere diſputans, quas tam perſpectas haberet, quam cœcus colores. Si quis poëta aliter ſcripſiſſe comperiatur, vim ſibi a metri neceſſitate illatam ipſe linguæ fecerit, quod illi quidem ignoſcendum eſt, ut & noſtris multa condonamus; ſed rarius admiſſæ culpæ vim certiſſimæ legis non labefactant. Præterea diſtinguendæ poëtarum ætates, ut & carminum genera; maxime autem mendæ ſuſpicione vacare debent exempla. In Euripidis fragm. ex inc. Trag. XII. apud Musgravium Poëtæ non agnoſco manum. Stobæi editio Tigurina & cod. Regius habent,

τὸ σκαιὸν εἶναι πρῶτ' ἀμουσίαν ἔχει.

In iis quæ apud Tragicum ſequebantur, ab excerptore omiſſis, alia proponebantur incommoda imperitiæ, quorum in illis verſibus inſtituti cœpta enumeratio, ubi ΠΡΩΤΑ eadem ſignificatione poſitum, qua in Æſchyli verſu,

οἱ ΠΡΩΤΑ μὲν, βλέποντες ἔθλασεν μάτην.

Varia lectio e prava neſcio cujus emendatione falſæ interpretationi locum dedit. Hemſterhuſium laudavi ad iſta Mercurii ad Timonem verba apud Lucianum p. 147. πλούτει πάλιν, καὶ ἴσθι Ἀθηναίων ΤΑ ΠΡΩΤΑ. Vide virum eundem doctiſſimum ad Xenoph. Epheſ. in Miſcell. Obſerv. Tom. V. p. 30. Valckenarium ad Herodotum pag. 484. 47. Abreſch. ad Æſchylum p. 236. ubi exemplorum affatim.

422. τὸν Κλεισθένη. In tribus codd. ſcriptum τὸν Κλεισθένους. In C. τὸν Κλεισθένην, & ſuperſcripta gloſſa τὸν Καλλίαν, quæ ad alteram lectionem referri videtur: ſed mendoſa illa eſt, falſaque ejus interpretatio. Sermo eſt de Cliſthene illo cinædo toties a Comico exagitato, qui fingitur hîc amico cuidam ſuo in monumentis parentare; ſed alio ſenſu iſta accipienda ſunt, quod docent etiam veteres critici. Ad hunc locum reſpicit Theocr. Schol. ad Idyll. V. 43. ubi perperam Cleonem nominat pro Cliſthene.

426. κἄκλας. Sic membr. & C. Vulgo κἄκλασε, quod minus Atticum eſt: vide infra ad v. 654. Perperam ſeq. v. in membr. Σεβῖνος. Pagus erat Atticæ Ἀναφλύνιος dictus, de quo videndus Meurſius. Sed ut fictum eſt viri nomen Σεβῖνος a βινεῖν deductum, ſic in gentili nomine alluſio eſt ad obſcœnum verbum ἀναφλᾶν. Idem jocus eſt in Conc. 979.

429. τοῦτον τὸν Ἱππονοΐνου. Sunt hujus commatis verſus omnes jambici, inter quos trochaicus immiſci non debuit. Vulgo legitur τουτονὶ τὸν — Recte in B. D. τοῦτον. Vim hujus pronominis declarat gloſſa in C. ὃν πάντες ἴσασι δηλονότι. V. ſeq. codd. omnes habent πύσθου, ut recte emendatum fuit in noviſſima Batava. Antea legebatur πίσθου.

434. μηδὲν μακρὰν ἀπελθῇς. Tribus verſiculis jambicis percontatur Bacchus, quorum duo primi dimetri ſunt, tertius ſenarius. Totidem paribus verſiculis conſtat chori reſponſio. μακρὰν pes eſt jambus. Hujus adverbii, ut & alius ejusdem familiæ ἄγαν, ultima apud poëtas Atticos ſemper producta obſervatur; qua de re alibi agam. Quippe novi aliquem, qui his in rebus nihil certi ſe videre profitetur,

a quo grandem me ſolidamque initurum gratiam confido, ſi gramina quas in oculis habet purgavero.

437. αἴρω' ἄν. Sic perſpicue tres codd. In C. forma etiam verbi media, ſed ſine eliſione αἴρομ' ἄν. Vulgo αἴρως, quod mendoſum eſſe vere pronuntiavit, multisque exemplis oſtendit Daweſius p. 237.

439. Διὸς Κάρινθος. Proverbium ἐπὶ τῶν τὰ αὐτὰ συνεχῶς λεγόντων. De ejus origine diverſa tradunt vetères Grammatici, quæ apud paræmiographos collecta videas. Conc. 827.

ἔστι δὲ δ' ἀναστατουμένοις ἐφαίνετο
ὁ Διὸς Κόρινθος —

Eo Nemeon. VII. concludit Pindarus

Ταυτὰ
δὲ τρὶς τετρᾴκις τ' ἀμπαλεῖν,
ἀστοῖσι τελέθει, τίνων-
σιν ἄτε μανθολάϊσας. Διὸς Κόρινθος.

444. Hic & tres ſeqq. verſus Baccho vulgo tribuuntur perquam abſurde. In tribus codd. eidem ſemichoro continuantur: nec ulla diſtinctio in membr. fuerat; ſed poſtmodo inter lineas ſcripta perſona, quam minime exſpectes, ἱερεύς. Sacerdotis etiam, neſcio illiusne qui ſupra cum Baccho colloquebatur, an cujusvis alius, meminit idem librarius ad v. 382. cui præfixa in membr. perſonæ ἡμίχορος ἢ ἱερεύς. Poſitam hic ab Aldo Bacchi perſonam ſuſtulerunt Bernardus Junta & editores Veneti. Quod autem v. 440. & 448. perſonam præſcripſerim Semichori, in eo tres codd. conſentientes habeo. In B. nulla perſonæ eſt: impreſſi Chorum habent. Ultimum Semichori comma ad commendationem Myſteriorum Eleuſiniorum pertinet, quorum in ſuperioribus plurimi adumbrati ritus. Credebant vetères Græci ſolos initiatos poſt mortem in fortunatorum ſedes admitti, qua de re videndus Brodæus ad Crinagoræ Epigr. Anthol. p. 56. & Meurſium Eleuſin. capp. 17. 18.

461. οἱ ἰυγχώριοι. In membr. ἰυνιχώριοι, ut infra 967. ἰυμοὶ, pro οἱ ἰυγχώριοι, & οἱ ἰμοί. Per δλίγον melius quam per κράτιστον iſte

efferuntur & ſcribuntur. Vide not. ad Eurip. Med. 818. Hec. 334. & ad Theſm. 158.

462. οὐ μὴ διατρίψεις. Solœce vulgo διατρίψῃς. Hoc quidem facile editoribus condonari poteſt. Sed quis riſum teneat, quum viderit quemnam ex his verbis ſenſum elicuerint interpretes. Berglerus poſt Friſchlinum vertit: *Ne conteras, ſed guſta januam, quippe qui Herculis ornatum & animum habes.* Nec aliter οὐ μὴ διατρίψῃς accepit auctor Doctrinæ Particularum p. 945. ubi ellipſin in οὐ μὴ, quæ nulla eſt, ſic ſupplet: οὐ καπλεῖν οὕτω, μὴ διατρίψῃς, *non ita pulſandum, ne confringas.* Scilicet juxta facetos illos interpretes, verebatur Xanthias, ne pultando herus Plutonis foribus aſſularim exitium afferret. Sed nondum pultaverat Bacchus: immo neſcius quinam apud Inferos pultandi mos eſſet, ſervum ridicule percontatus eſt quomodo pultare deberet: cui nugarum & moræ impatiens Xanthias reſpondet: οὐ μὴ διατρίψεις — *ne tempus teras, ſed aggredere januam* Nusquam vidi διατρίβειν abſolute, nec magis διατρίβειν θύραν poſitum pro *januam confringere.* Sed διατρίβειν abſolute ſignificat *morari, cunctari*, idem quod ἀθραυσίζεσθαι, κυπλάζειν, quorum verborum alterutro bene hîc poëta uſus fuiſſet, ſi per metrum licuiſſet. Nub. 131. τί ταῦτ' ἔχων ἀθραυσίζομαι; ibid. 509.

χώρει· τί κυπλάζεις ἔχων περὶ τὴν θύραν;

ubi ſchol. τὰ δὲ κυπλάζεις, ἀθραυσίζεις, διατρίβεις. An etiam Strepſiades Socratis januam *confringere* cogitabat? Sed putidum eſſet hujus verbi explicationi diutius immorari. — Elegans eſt locutio γεύσασθαι τῆς θύρας, quam docte illuſtravit Kuſterus. Sic etiam Latini *guſtare* adhibent pro *experiri, periculum facere.* Plaut. Moſtell. V. 1. 15.

Herus meus hic quidem eſt; guſtare ejus ſermonem volo.

Sequentis verſus ſenſum male etiam reddiderat Berglerus.

464. παῖ, παῖ. Hæc dicens pultare tandem incipit Bacchus.

473. Ἐχιδνά δ' ἐκατογκέφαλος. Sic IV. codd. recte. Verſum trucidat vulgatum ἑκατονταπλεκέφαλος. Labem non ſenſerunt editores, qui mediam in Ἐχιδνα corripiebant contra proſodiæ legem. Nub. 336.

σπλαγχνεύεις δ' ἑκατοντακεφάλαις ταφῶν, πρημαινούσας τε θυέλλας.

Eurip. Herc. Fur. 1190.

μαινομένῳ πιτύλῳ
πλαγχθεὶς, ἑκατογκεφάλου βαφαῖς ὕδρας.

474. πλευμόνων. Sic bene Aldus, e dialecti & Comici uſu. Vide not. ad Lyſ. 367. Atticiſmum una conſtantem litera ſæpe obliterarunt librarii, quorum inconſtantia ſcrupulum injicere non debet, quum aliunde conſtet de idiotiſmo. Vide Interpretes ad Mœrin hac voce. πλεύμων ubique apud Comicum ſcribendum. Hic IV. codd. in vulgari forma πνευμόνων conſpirant. Vide Euſtathium laudatum infra, ad v. 712.

479. καλεῖ θεόν. Variæ hujus formulæ proſtant in ſcholiis interpretationes. Probabilior mihi videtur ea, quæ ſtatuit alludi ad Sacrificiorum ritum, in quibus poſtquam libatum fuerat, acclamari ſolebat καλεῖ θεόν. Comice his verbis ſignificat Bacchus ſe ventris omnem proluviem effudiſſe.

481. ὡρακιῶ. Mœris: ὡρακιᾶν, Ἀττικῶς. λειποψυχεῖν, Ἑλληνικῶς. Confer duas Heſychii gloſſas. In Pace 702. Cratinus ἀπέθανεν ὡρακιάσας.

482. σπαργιάν. Scripſerat forte Comicus σφαργιὰν ex idiotiſmo Atticæ dialecti, quem hic in nullo meorum codd. obſervatum reperi. Sed Acharn. 463. ubi vulgo legitur δός μοι χυτρίδιον σπαργίᾳ βεβυσμένον. Edidi ad trium codd. fidem σφαργίᾳ.

483. ποῦ 'στιν; Hæc verba perperam vulgo Baccho continuantur. Manifeſtum eſt ea Xanthiæ adſcribi debere, cui tribuuntur in IV. codd. Gloſſa in C. ποῦ 'στιν ἡ καρδία σου; ὦ χρυσοῦ θεοῦ, ἐνταῦθ' ἔχεις τὴν καρδίαν, ἔνθα μου τὴν χεῖρα προσήγαγες;

488. οὐκ ἂν ἕτερος ταῦτ' εἰργάσατ' ἀνήρ. Bene vertit Bergleus: *nemo ſane alius hoc feciſſet.* Sed non erat hoc in Græcis, ubi legebatur οὔκουν ἕτερος. Particulam ἂν omnino requirit ſententia & norma loquendi: eam ſæpe jam a librariis omiſſam vidimus, ut ſupra 81. Lyſ. 301. Theſm. 593. A vero longius abeſt lectio in C. οὐ δῆτ' ἕτερος ταῦτ' εἰργάσατ' ἀνήρ.

490. ἀπεψησάμην. Gloſſa ἀπεσπογγισάμην.

501. Pagus erat Atticæ Melite dictus, de quo videndus Meurſius.

502. αἴρωμαι. Sic tres codd. ut editt. primariæ, unde in noviſſimam Batavam revocatum fuit. Perperam in reliquis, quibuscum conſentit C. αἴρομαι, quod mendoſum eſſe jam declaravit Daweſius.

508. παίδισθ', ἐπαινῶ, πάνυ καλῶς, ſunt blande recuſandi formulæ, *quibus oblato beneficio non utentes, gratias agunt.* Verba ſunt Caſauboni Lect. Theocr. cap. XVI. initio. Simile eſt illud Plauti in Men. II. 3. 36. ubi ancillæ dicenti: *Eamus intro, ut prandeamus.* Reſpondet Soſicles: *Bene vocas; tam gratia eſt.* Ad quem locum vide interpretes.

513. λῆρεῖς ἔχων. οὐ γάρ σ' ἀφήσω. Abſurde hæc verba Baccho tribuuntur, quæ ab ancilla proferri in ſenſum mihi nunc incurrit. Invitatus primo Xanthias lepide recuſat his verbis, παίδισθ', ἐπαινῶ. Inſtat ancilla: *Ita me Apollo amet, ut ego te nunquam ſinam abire, quandoquidem &c.* Abnuit iterum Xanthias alia formula πάνυ καλῶς. Poteſtne Bacchus ſervo nolenti ingredi & usque recuſanti dicere? *Fatuus es, non enim te amittam.* Hoc dicit ancilla, quod ſecundæ recuſationi Xanthiæ congruit, ut ſuperiora illa primæ: οὐ μή σ' ἐγὼ περιόψομ' ἀπελθόντ'· ἐπεί τοι καὶ — & οὐ γάρ σ' ἀφήσω· καὶ γὰρ αὐλητρίς — Dele itaque perſonam Bacchi, omniaque hæc ancillæ adſcribe, ſic:

ΘΕΡΑΠΑΙΝΑ.

λῆρεῖς ἔχων.
οὐ γάρ σ' ἀφήσω· καὶ γὰρ αὐλητρίς γέ σου
μί' ἔνδον ἔσθ' ὡραιοτάτη, κῴρχηστρίδες
ἕτεραι δύ' ἢ τρεῖς —

In A. & B. eadem eſt quæ vulgo perſonarum diſtinctio. In meo ante λῆρεῖς ἔχων perſona eſt Bacchi, ante καὶ γάρ Xanthiæ. In C. ante λῆρεῖς ἔχων perſona eſt Bacchi, cui omnia continuantur usque ad ὀρχηστρίδες ἠδυμελῶσαι, quibus verbis præfixa eſt perſona Ancillæ. Quis de his diverſitatibus certior factus animum non inducat, editorem qui ſciat quid quamque perſonam deceat, ad fabulæ œconomiam

541. Aliud ſyſtema octo verſuum, qui perperam vulgo in decem diſtributi ſunt: tertii ἑρῴμασι Μιλησίοις non conſtant numeri: nam etiamſi verſus eſſet trochaicus, ἑρῴμασιν tamen oporteret ſcribere.

548. μου ξέκοψε. Sic in cod. meo ſcriptum per ϑλίψον. In aliis, ut in impreſſis, craſis eſt μουξέκοψε, quod accipi etiam potuit pro μοι ἐξέκοψε. Vide ad Theſm. 158. In C. μ' ἐξέκοψε, alia conſtructione, nempe κατάξας με, ἐξέκοψε.

552. νὴ Δία. Perſona vulgo eſt Πλαθάνη. In meo cod. ἑτέρα πανδοκεύτρια. Sic etiam B. C. In membr. hic Πλαθάνη. At v. 558. præfixum ἄλλη πανδοκεύτρια: & v. 556. ante οὐμενοῦν præfixum πανδοκεύτρια.

554. ἀν' ἡμιωβολιαῖα. Sic diſtincte in meo codice ſcriptum. Alii perperam conjunctim ἀνημιωβολιαῖα, librariorum imperitia. Gloſſa illis antiquior ad ſinceram ſcripturam refertur in C. ἄξιοι ἡμίσους ὀβολοῦ ἕν ἕκαστον. Verum viderat Kuſterus.

559. Alteri cauponæ verſus hic tributus in cod. meo & in B. In membr. & in C. eidem continuatur cui ſuperior adſcriptus.

560. ὃν αὐτὸς αὐτοῖς τοῖς ταλάροις κατήσθιε. Elegans lectio, quam e membr. reſtitui, in quibus ſcriptum ὃν αὐτὸς αὐτοῖς ταλάροις — omiſſo articulo, quem ad metri & ſermonis normam inſerui. Correctionem iſtam tam certam quam facilem confirmavit poſtmodum Regius C. in quo perſpicue ſcriptum, ὃν οὗτος αὐτοῖς τοῖς ταλάροις κατήσθιεν. Inter voces οὗτος & αὐτοῖς ſuperſcripta gloſſa σὺν: voci ταλάροις ſuperſcripta gloſſa: καλαθίσκοις. λέγει δὲ τὰ λεγόμενα ἰδιωτικῶς τυροβόλια. Hæc ſcribens primum animadverto eandem lectionem e Vat. cod. a Kuſtero enotatam fuiſſe, quam non indicare tantum, ſed recipere debuerat. Fuit etiam ea olim in codice e quo meus derivatus. In hoc ſcriptum peſſumdato metro, ὃν οὗτος σὺν τοῖς ταλάροις κατήσθιε. Vides adverbium σὺν e gloſſa in textum tranſiſſe, & genuinam vocem αὐτοῖς ſede ſua ejeciſſe. In B. ὅνπερ σὺν αὐτοῖς τοῖς ταλάροις; quæ lectio in noviſſimis editt. emendate repræſentata; nam in prioribus variis mendarum acceſſionibus depravata eſt. Mirare vero

ero cum librariorum ſtuporem, tum gloſſatorum ineptam diligen-
am. His quid opus erat obſervare ſuppreſſionem adverbii σὺν, tan-
am ſi rarius quid eſſet? Nihil apud quosvis ſcriptores hac ellipſi
equentius, cujus exempla congerere putidum eſſet.

565. νὴ Δία, τάλαινα. Verba hæc, quæ cauponæ vulgo con-
nuantur, tres codd. e quibus textum conſtitui Xanthiæ tribuunt,
. B. D. In iisdem quæ ſequuntur νὼ δὲ cauponæ adſcripta ſunt. In
. ante νὴ Δία perſona eſt Xanthiæ: ſed eidem ſequentia continuan-
r usque ad v. 568. cui præfixa perſona Bacchi. Manifeſta hujus
ſtinctionis abſurditas, quæ oſtendit aliquid jam olim hîc turbatum
iſſe. Verba νὴ Δία τάλαινα non ejusdem perſonæ ſunt, cujus præ-
dens verſus. Confer ſupra v. 552. Sed in Xanthiæ partes minime
nsferri debuerunt: ſunt alterius cauponæ, cui ea reddi velim.
ponat itaque lector perſonam ΠΑΝΔΟΚΕΥΤΡΙΑ A.

566. κατήλιφα. Gloſſa κλίμακα.

568. Integrum hunc verſum Xanthiæ tribuunt IV. codd. cum
tt. editt. recte. In recentioribus verba ἀλλ' ἐχρῆν τι δρᾶν, *Plathanæ*,
a alteri cauponæ, adſcripta ſunt. Superſcripta in codd. gloſſa ſic
raſin ſupplet: ἐχρῆν ὑμᾶς τι δρᾶν περὶ αὐτόν. Senſus eſt: *Quid
ro in pedes vos conjiciebatis? immo oportebat vos aliquid facere,
o pœnas ab eo ſumeretis.*

569. Cleon & Hyperbolus e vivis exceſſerant, quando acta
ec fabula. Hos facete Comicus cauponarum patronos apud Infe-
s facit.

570. Manifeſtum eſt ex ipſis verbis hunc verſum ab eadem per-
na proferri non debuiſſe, cujus eſt præcedens. Licet in tribus codd.
. B. D. priori perſonæ continuatus ſit, ut in impreſſis, tamen al-
ius cauponæ perſonam præpoſui: ipſamque poſtmodum hanc dis-
ctionem in C. obſervatam reperi. Prodierant in ſcenam cauponæ
mitem unaquæque ancillam habens: utraque ancillam ſuam jubet
ronum ſuum arceſſere.

574. εἰς τὸ B. Vulgo εἰς. In B. D. ἐγὼ δ' εἰς τὸ, claudicante
rſu. In C. ἐγὼ δ' εἰς τὸ — Bene membr. ἐγὼ δέ γ' εἰς τὸ B. Sed

Atticum ἐς præferri debebat. Βάραθρον ſic dictus erat Athenis locus alte effoſſus, in quem facinoroſos morti damnatos præcipitabant, qui & ὄρυγμα nuncupabatur. Vide Meurſium Att. Lect. I. 25.

578. ἐκπαυσεῖται. Duplex hoc loco ferebatur olim lectio. Hanc ſolam exhibent codd. alterius meminere vett. critici. Scholion e cod. C. proponam. τὸ ἐκπαυσεῖται ἢ διὰ τοῦ ο καὶ ι γράφεται, ἀντὶ τοῦ μετὰ τιμωρίας ἀπαστήσει. ἢ διὰ τοῦ η, ἵν' ᾖ ἀντὶ τοῦ ἐξάξει. ἐπιδὴ καὶ τὴν μέταξαν καταχχὰς ἐκ τοῦ σκώληκος ἐξάγομεν κατὰ μικρόν. πάνυ δὲ ἡ μέταξα. Gloſſa in meo ἐξελκύσει.

584. ὅτι θυμοῖ. Sic ad linguæ normam ſcribi debuit, ſiquidem ſecunda perſona eſt verbi θυμόομαι. Barbarum eſt vulgatum θυμᾷ, quod tamen, vel obliterata forma Attica θυμῇ, obtulerant mihi tres codd. Demum in C. recte ſcriptum reperi θυμοῖ. Quibus alterum debetur librarii ne conjugationum quidem canonas ſciebant. Ex eadem grammaticæ legis ignoratione, legitur in ſcholiis ad Plutum δηλῇ pro δηλοῖ. Vide Hemſterhuſium p. 43. & Valckenarium Diatr. Eurip. p. 231.

585. κᾆν εἴ γε τύπτοις μ' — Sic B. Vulgo κᾆν εἴ με τύπτοις. Perperam in C. D. τύπτοις. Eodem errore qui ſupra notatus in v. 533.

590. Reſpondent hi verſus Strophæ quæ incipit v. 534. In membr. ſcriptum ἢν εἶχες: vulgo ἤνπερ εἶχες, e ſcioli interpolatione qui metra perperam digeſſit. Excidit quidem ſyllaba, quam ſuo loco repoſui, σὺ γ' — ἢν εἶχες σύ γ' ἐξαρχῆς. Sic metra congruunt.

594. ἢν δὲ παραληρῶν ἀλῷς, καὶ βάλῃς τι μαλθακόν. Sic optime membr. obſervata ſermonis & metri ratione. Solœce vulgo εἰ δὲ παραληρῶν ἁλώσει καὶ βαλῇς τι — Pejus in meo ἁλώσῃ — In C. ſalva ſaltem conſtructionis lege, ἁλώσει καὶ βαλεῖς. Nunquam εἰ cum ſubjunctivo conſtruitur. Sed longe præſtat membr. lectio, quæ alteri genuinæ plane congruit, quam ſuppeditant illæ etiam in v. 538.

596. αὖθις αἴρεσθαί σ' ἀνάγκη τις πάλιν τὰ σἰρώματα. Sic codd. B. D. cum vett. editt. In recentioribus verſu ruente ἀνάγκη ἐστὶ πάλιν. Metri vitium, quod nec Kuſtero, nec Berglero ſuboluit, ſenſit Daweſius, emendavitque ἀνάγκη ἔσται πάλιν. Nos veterem lectionem

revocamus, quæ bona eſt. Verbum ſubſtantivum eleganter ſupprimitur. αὖθις ἀναξῃη τις ἔσται αἴρεσθαί σε πάλιν τὰ σἰρώματα. In C. τις omiſſum: major lacuna in membr. αὖθις αἴρεσθαί σε πάλιν τὰ σἰρώματα.

602. In A. B. D. recte cum eliſione ſcriptum παρέξω 'μαυτὸν, quod metri ratio flagitat.

607. εἶεν, καὶ μάχει; Sine interrogatione vett. grammatici hæc legerunt. Gloſſa in codd. εἶεν ταῦτα ἃ λέγεις καὶ μάχῃ ἡμῖν. Quibus in verbis nullum ſenſum video. εἶεν valet ἄγε δή. Quocirca præſtat forte legere εἶεν, καὶ μάχου. Vel εἶεν accipiendo pro eſto, quæ alia eſt hujus interjectionis ſignificatio, εἶέν γ' · εἰ μάχει, ὁ Δικ — Poſtremum hoc magis mihi probatur. In Pace 663. εἶέν γ', ἀκούω.

611. κλίσιοντα πρὸς τἀλλότρια. — πρὸς hîc valet προσέτι, καὶ ταῦτα. Ordo eſt: τύσιειν τουτονὶ, καὶ ταῦτα κλίσιοντα τἀλλότρια.

612. σχέτλια μὲν οὖν καὶ δεινά. Ironice hoc dicit Æacus, cui verba hæc tribuunt juxta impreſſos duo codd. At Baccho adſcripta ſunt in B. D.

615. καί σοι ποιήσω πρᾶγμα — Poteſtatem pronominis σοι recte explicat gloſſa in C. χάριν σου. Vide notam ad Lyſ. 1277.

618. καὶ πῶς βασανίζω; In C. βασανίσω. Si futurum tempus adhibuiſſet, ſcripſiſſet βασανιῶ, quod perinde admittit metrum.

619. ὑσλριχίδι. Gl. ἐξ ὑείων τριχῶν μάσλιγι.

620. ἔτι δ' εἰς τὰς ῥῖνας ὄξος ἐσχέων. Sic recte Suidas in βασανίζειν. Codd. cum impreſſis ἐπί τε τὰς ῥῖνας — quam lectionem pravam eſſe oſtendit Daweſius.

622. γητείῳ. Sic codd. & editt. vett. Perperam in recentioribus γηθείῳ. Sinceram ſcripturam exhibent in Equit. 677. Veſp. 496. 498. Hujus clauſulæ ſententiam ſic exponit Scholiaſta: βασάνιζε παντοίως αὐτὸν, μὴ ἐν παιδιᾷ, μηδὲ ὡς τοὺς ἐλευθέρους παῖδας τῷ ἐκκαυλήματι τοῦ πράσου τύσιουσιν, ἢ τῷ γητείῳ.

624. ταῤγυρίου σοι κείσεται. Vide Petitum Leg. Att. p. 441.

629. ἐμὲ μὴ βασανίζειν ἀθάνατον ὄντ' · εἰ δὲ μή — Claudicat hic verſus, quem tamen ſic ſcriptum exhibent libri omnes. Diſpudet

vitium prius non animadvertiſſe. Repone ocius:

ἐμὲ μὴ βασανίζειν ὄντ' ἀθάνατον· εἰ δὲ μή,

Primam in ἀθάνατος producunt ob metri neceſſitatem Epici poëtæ, quæ licentia ut in ſenariis inutilis eſt, ita ſcenicis nunquam conceſſa fuit. Kuſteri notam ſi inſpexiſſem, de metri labe admonitus fuiſſem, ſed minus probaſſem quod ille ſuadet, ἀθάνατον ὄντα γ' —

638. προτιμήσαιλα. Gl. φροντίσαιλα, ἢ αἴσθησιν λαβόντα? *Rationem habentem verberum, aut dolentem quum cædetur; ita ſe moventem, ut ſentire verberum dolorem videatur.* Sic enim Attici utuntur verbo προτιμῶ pro κήδομαι, ἐπισκήπτομαι, ἐντρέπομαι, ὑπόλογον ποιοῦμαι, ἐπιμελοῦμαι. Infra 655. quærenti Æaco ἔπειτα πρτιμᾷς οὐδέν; reſpondet Bacchus, οὐδέν μοι μέλει. Pl. 883. οὐδὲν πρτιμῶ σου. Eodem modo cum genitivo apud Demoſthenem occurrit p. 80. edit. Reiskii: βούλεται καὶ δαπάνας οὐ μικρὰς δαπανᾶν εἰς τοὺς κατὰ θάλατταν κινδύνους, ὧν οὐδὲν προτιμᾷ. Vide Budæi Commentaria p. 677. & 714. Acharn. 27. εἰρήνη δ' ὅπως ἔσται, προτιμῶν οὐδέν.

641. χωρεῖς γὰρ ἐς τὸ — Sic duo codd. Vulgo χωρεῖς γὰρ ὡς, quod ingratum quid ſonat.

644. ἰδοὺ, σκόπει νῦν, ἤν μ' ὑποκινήσαντ' ἰδῇς. Sic membr. optime, ut Suidas, & cod. Vat. Kuſtero teſte. In B. ut vulgo, σκέπτου γ' ἤν με παρακινήσαντ' ἴδῃς. Sic etiam meus, niſi quod particulam γε poſt σκόπει omittit. In C. Æaco tributum ἰδού. Xanthiæ, σκόπτου νῦν ἤν με παρακινήσαντ' ἴδῃς. Eadem diſtinctio fuiſſe videtur in veteriſſimo codice e quo deſcriptæ fuerunt membranæ Regiæ. Nam in eis poſt ἰδού vacuum relictum ſpatium, quantum ſatis eſt perſonæ nomini, & ante ἰδοὺ eſt ξ, initium nominis Ξανθίας, quod non abſolvit librarius, poſtquam ſcripta jam prima litera errorem ſuum deprehendit: Αἰακὸς ſcribere debuit. Profecto unice vera eſt illa diſtinctio, quam juvat actio ſcenæ, multo ſic lepidior. ἰδού dicit Æacus, elato brachio, & in plagam inflicturi ſtatu.

649. τί δ' ἰατλατάί; Sic optime cod. meus. Perperam vulgo τί δὴ τατάί; Exclamaverat Xanthias ἰατλατάί. Eundem σχετλιασμὸν repetere debet Æacus. In C. ἰαταλάί. — τί ἰαταλάί. Sic etiam in membr.

sed sine personæ interpositione, correcto ad marginem errore per diversam lectionem, sic: Αἰακός. τί ἀτλατεῖ.

651. Vide Meursium de Pop. Art. in Διόμεια.

653. ἱππίας ὁρῶ. Sic recte in membr. & in C. omissa inutili quæ vulgo inserta est particula. Mœris ἱππίας, μακρῶς, Ἀττικῶς· βραχέως, Ἑλληνικῶς. Ad quem locum videndus omnino Piersonus.

654. κλαίεις. Sic recte membr. & B. non, ut vulgo, κλαίεις. Mœris: κλαίειν καὶ κάειν μετὰ τοῦ α Ἀττικῶς· μετὰ τοῦ ι, Ἑλληνικῶς. Ubi vide Piersonum. Scripturam Atticam ubique apud Comicum repositi: quod semel monuisse satis sit.

655. πρότιμᾶς οὐδέν; Sic recte B. D. In A. C. πρότιμᾶς τοὐδέν. Vulgo πρότιμᾶς γ' οὐδέν.

656. βαδιστέον γ' ἄρ' — Sic impressi. In B. D. βαδιστέον γάρ ἐστιν. In A. βαδιστέον ἄρ' ἐστίν: in C. βαδιστέον ἄρ' ἐστὶν — Male omnes. Scribendum erat βαδιστέον τ' ἄρ' ἐστίν. — τ' ἄρ' valet τοι ἄρα. Vide not. ad Lys. 798. & ad Eurip. Phœn. 724. In Conc. 711. edidi, ubi mendosa est impressorum lectio:

βαδιστέον τ' ἄρ' ἐστὶν εἰς ἀγορὰν ἐμοί.

661. Non Hipponactis, sed Ananiæ, jambographi antiqui, de quo videndus Fabricius Bibl. Gr. T. I. p. 547. senarium illum esse ait Scholiastes, quem Bacchus se contorquens & dolorem dissimulans, exclamavit. Animi perturbato convenit memoriæ lapsus, quo eum de industria errare facit Comicus. Duos Ananiæ jambos profert Scholiastes priori illi subjectos, quorum postremus mutilus & mendosus est.

665. ὃς Αἰγαίου πρῶτος. Repetendum ἔχεις ex Hipponactis jambo, ut recte locum hunc exponit Berglerus. At Kusterus male & contra vett. librorum fidem πρωνὸς legendum censet, *ut respondeat genitivo sequenti* γλαυκᾶς ἁλός, qui tamen genitivus non pendet a verbo μέδω. Quis enim non videt ordinem verborum sic institui debere? ἢ μέδεις (id est βασιλεύεις) ἐν βένθεσι γλαυκᾶς ἁλός. Sunt autem, Scholiaste teste, desumti hi versiculi e Sophoclis Laocoonte.

681. Θρηϊκία. Perperam vulgo Θρηϊκία.

692. μηδὲν' εἶν' ἐν τῇ πόλει. Sic tres codd. In membr. verbum εἶν' omissum. Vide ad Thesm. 916.

695. κοὐδὲ ταῦτ'. Sic membr. bene; quum sequatur μόνα γὰρ αὐτά. Vulgo τοῦτ'. μὴ οὐ in unam syllabam coalescunt, quod non Atticis solum, sed quibusvis poëtis usitatum. Vide Clarckium ad Homerum Ιλ. ε'. 349. Meleager Epigr. XLIII. in pentametro:

καὶ χαρίεις, ἢν ἔχω μὴ οὐχὶ φιλῶν πρόφασιν.

703. εἰ δὲ τοῦτ' ὀκνωσόμεσθα. Sic meus. In B. τοῦθ': in C. ταῦθ': vulgo ταῦτ' —

704. τὴν πόλιν, καὶ ταῦτ' ἔχοντες — Sic bene distinctum in meo codice. πόλιν pendet a præcedente verbo ἀποσημανούμεθα: & ἔχοντες neutraliter adhibetur, ut infra v. 793. ἔξιν κατὰ χώραν.

705. ποτ' αὖθις. Sic meus. In B. ποθ' αὖθις. Vulgo τότ' —

708. οὐδ' ὁ πίθηκός γ' οὗτος ὁ — Vulgo in alienum locum translata cum metri labe particula, ὁ πίθηκος οὗτός γ' ὁ — Male illa in A. C. omissa est.

712. ψευδονίτρου κονίας. Vulgo inserta copula τε reclamante metro: eam non agnoscunt codd. B. D. Præterea scribi debuit ψευδολίτρου. Sic enim olim fuisse in Comici codicibus Grammaticorum testimonio constat. Eustathius p. 483. l. 8. Ἀθηναῖοι γὰρ ἀντὶ τοῦ ν, ἔσλιν ὅτε λ τιθέασιν. ὁποῖον καὶ τὸ νίτρον, καὶ ὁ πνεύμων, ἃ ἐκεῖνοι λίτρον φασὶ καὶ πλεύμονα, ὡς δηλοῖ καὶ ὁ Κωμικὸς ἐν τῷ ψευδολίτρου κονίας, καὶ ἐν τῷ πλευμόνων ἀνθάψεται. Pollux VII. 39. Ἀριστοφάνης δὲ τῶν πλυντικῶν καὶ τὴν κονίαν, καὶ τὴν κιμωλίαν εἶναί φησιν ἐν Βατράχοις, εἰπών, ψευδολίτρου τε κονίας καὶ κιμωλίας γῆς. Moeris: λίτρον, Ἀττικῶς. νίτρον, Ἑλληνικῶς. Apud Suidam in κυκησιτέφρου vulgaris scriptura per ν recepta. In Thesm. II. fragm. VIII. v. 1. pro νίτρον reponendum etiam λίτρον e Mf. cod. in quo perperam λίτραν.

716. ἄνευ ξύλου βαδίζων. In B. D. κἄνευ ξύλου. Melius abest copula. Glossæ: εἰδὼς δὲ τάδε] ἃ πείσεται, οὐκ ἄσπλος διάγει, ἀλλ' ἐν χειρὶ ξύλον ἀεὶ φέρει, μήποτε καὶ ἀποδυθῇ. πολλοὶ γὰρ αὐτῷ ἀπειλοῦσι. In exemplari quod habeo editionis Bernardi Juntæ emendavit olim nescio quis ἀπολυθῇ pro ἀποδυθῇ. Sed fefellit eum ratio.

718. Neſcio qua typothetæ aut mea oſcitantia particula γε loco ſuo mota fuit. Corrige πολλάκις γ' ἡμῖν ἔδοξεν. In C. particula prorſus omiſſa, ut ultima in πολλάκις producatur ob ſequentem aſpirationem, eadem ratione qua infra in προσέλοῦμεν.

720. ἔς τε ταρχαῖον — Sic tres codd. cum primariis editionibus. Aliæ cum cod. C. εἴς τε ταρχαῖον. Kuſteriana εἰς τε ταρχεῖον, quam mendam ſervavit noviſſima Batava.

724. τοῖς βαρβάροις ἀπαντᾳχοῦ. Sic meus. In C. βαρβάροις παντᾳχοῦ claudicante metro: alii, ut vulgo, βαρβάροισι παντᾳχοῦ.

730. προσέλοῦμεν. Gl. ὑβρίζομεν, ἀτιμάζομεν. Prima producitur vi aſpirationis. Vide not. ad Æſchyli Prom. 438. & ad Lyſ. 551. Mendoſe in noviſſima Batava προσηλοῦμεν. Verſum 727. & decem ſequentes excerpſit Stobæus titulo περὶ πολιτείας, apud quem προσέλοῦμεν etiam legitur, perperam a Grotio Floril. p. 169. mutatum in προυξελῶμεν.

733. Φαρμακοῖσιν. Gl. καθάρμασιν. Scholion in C. Φαρμακοῖσι, καθάρμασι. τοὺς γὰρ φαύλους, καὶ παρὰ τῆς φύσεως ἐπιβουλευομένους, εἰς ἀπαλλαγὴν αὐχμοῦ, ἢ λιμοῦ, ἢ γένος τῶν τοιούτων ἔθυον, οὓς ἐκάλουν καθάρματα. Vide Meurſium Gr. Fer. in Θαργήλια. Imitatus eſt Comicus noſter Eupolidem, cujus fragmenta duo opportune advocavit Berglerus. Prius eſt apud Athenæum p. 425. e Fabula cui titulus Πόλεις.

οὓς δ' οὐκ ἂν εἵλεσθ' οὐδ' ἂν οἰνοβαλᾶς πρὸ τοῦ,
νυνὶ στρατηγοὺς λεύσσομεν. ὦ πόλις, πόλις,
ὡς εὐτυχὴς εἶ μᾶλλον, ἢ καλῶς φρονεῖς.

Alterum eſt apud Stobæum Floril. Grotii p. 163.

καὶ μὴν ἐγὼ, πολλῶν παρόντων, οὐκ ἔχω τί λέξω·
οὕτω σφόδρ' ἀλγῶ, τὴν πολιτείαν ὁρῶν παρ' ἡμῖν.
ἡμεῖς γὰρ οὐχ οὕτω τέως ᾠκοῦμεν οἱ γέροντες,
ἀλλ' ἦσαν ἡμῖν τῇ πόλει πρῶτον μὲν οἱ στρατηγοὶ
ἐκ τῶν μεγίστων οἰκιῶν, πλούτῳ γένει τε πρῶτοι,
οἷς ὡσπερεὶ θεοῖσιν ηὐχόμεσθα· καὶ γὰρ ἦσαν.
ὥσθ' ἀσφαλῶς ἐπράττομεν. νυνὶ δ' ὅποι τύχωμεν,

σπαρτυόμεσθ' αἰρούμενοι ΚΑΘΑΡΜΑΤΑ σπαρτηγούς.

καθάρματα Eupolidi idem eſt quod Comico noſtro φαρμακοί. Eſt autem illud Eupolidis fragmentum pars parabaſis, in qua loquebatur ad ſpectatores converſus Chorus e ſenibus conſtans, unde v. 3. pro vulgato ὦ γέροντες, lego ἡμεῖς — οἱ γέροντες. Grotii verſionem ſubjiciam:

Ex multis quæ dicenda ſunt non video unde incipiſſam.
Adeo hanc videre civitatem nequeo ſine dolore.
Nos, ô ſenes, rempublicam non talem habuimus olim:
ſed imperatores erant ducesque civitati
de gentibus primoribus, deque eminente cenſu,
quos venerabamur ut deos: & erant dei profecto.
Ita res ſecura tum ſtetit. Nunc, ſicubi militandum eſt,
præficimus bello & copiis homines piaculares.

736. ἐξ ἀξίου γοῦν του ξύλου. Perperam vulgo τοῦ. Hic poſita illa vocula pro indefinito τινος. Alluſio eſt ad proverbium, ἀπὸ καλοῦ ξύλου κᾆν ἀποάγξασθαι. Id eſt, *ſi pereundum eſt, ſaltem decore perire oportet.* Hoc eſt, quod ait Nicias Equitum initio:

κράτιστον οὖν νῷν ἀποθανεῖν. ἀλλὰ σκόπει,
ὅπως ἂν ἀποθάνοιμεν ἀνδρικώτατα.

738. Æacus in ſcenam redit cum Xanthia, quorum e colloquio percipiunt ſpectatores, quid in ædibus Plutonis actum fuerit, & præparatur nova dramatis conſtitutio. Codd. aliquot pro perſona *Æaci* habent *Famulum*. Inde eſt quod in recenſione Fabulæ perſonarum conſpicitur vulgo Οἰκέτης, qui cum Æaco unus & idem eſt. In B. D. recte ubique adſcripta eſt perſona Αἰακός: in C. primo loco οἰκέτης Αἰακοῦ, poſtea ſemper οἰκέτης: in membr. modo Αἰακὸς, modo οἰκέτης, & perturbatæ admodum perſonæ.

741. ἐξελεξχθέντ'. Sic membr. Vulgo ἐξελέγξαντ'.

743. ὤμωξε μέν τ' ἄν. Perperam vulgo οἴμωξε, omiſſo augmento nec obſervata temporum ratione. ὤμωξ' ἄν valet *ploraret*: ὤμωξε, *ploraſſet*, quod ſententia hic flagitat.

748. ἀπίης θύραζε. Sic bene Kuſterus in notis. Vulgo ἀπῆς. Vide ad Theſm. 944.

749. πολλὰ πράττων. Male gloſſa in cod. meo πάσχων. πολλὰ πράττειν, πολυπραγμονεῖν, *male curioſum eſſe*, de eo dicitur qui ſe negotiis immiſcet quæ ad eum non ſpectant, Pace 1058. πολλὰ πράττων, ὅστις εἶ, *magnus es ardelio, quisquis es.*

751. ἅτ' ἂν λαλῶσι. Sic recte A. C. Vulgo ὅταν λαλῶσι. Membr. καὶ μάλα πλεῖν. Vulgo μάλα γε πλεῖν. In C. utraque particula omiſſa, & καὶ & γε.

752. τοῖς θύραζε. Gl. τοῖς ἐκλός. Subauditur οὖσι. Vides θύραζε hic *foris* ſignificare, nec verbo jungi motum ad locum ſignificanti. Confer not. ad Theſm. 69.

753. κἀκμιαίνομαι. Gloſſa ἀποσπᾶσματίζω. ἀγνισμὸν λογίζομαι.

755. κἄμοί. Vulgo καί μοι. Illud magis ex uſu Atticorum Poëtarum.

756. ὀμομασπλιγίας. Verbero verberonem obſecrat per Jovem converberonem, ut frater fratrem per Jovem ὁμόγνιον, ſodalis ſodalem per ἑταιρεῖον. BERGLER.

757. ὐνδόν. Sic cum primariis editt. B. D. In C. οὐνδόν. Perperam Kuſterus ὁ ἔνδον. In membr. ὁ ἔνδον.

758. λοιδορησμός. Sic tres codd. cum primariis editt. Perperam Kuſterus λοιδορισμός, quæ prava eſt etiam cod. mei ſcriptura, & Thomæ M. cujus obſervationem hic ipſe locus refellit. In hujus formæ verbalibus ſæpe peccarunt librarii pro η ſcribendo ι. Vide quæ notavi ad Æſchyli S. Th. 563.

759. In Kuſteri editione ſic legitur hic verſus:

ἀ. — πρᾶγμα γάρ κικίνται μέγα.

toto deficiente pede. Quod librariis ſæpe contigiſſe jam plus ſemel obſervavi, ut vocem bis ab auctore poſitam ſemel tantum ſcriberent, eandem hic admiſerunt culpam operæ in officina Wecheli, ubi primum ſic excuſus hic verſus. Inde in Frobenii editionem & aliquot deinceps alias tranſiit menda. In minoribus tamen Batavis, ut in quinque primariis, recte excuſum fuit:

ἄ. — πρᾶγμα, πρᾶγμα γὰρ κεκίνηται μέγα.

Sunt igitur editiones ad minimum ſeptem, e quibus Kuſterus hunc verſum reſtituere poterat: nec conjecturis opus erat, nec Vaticano codice. Conſentit codex meus vett. editionibus. Alii varias contexerunt labes. In membr.

αἰ. — πρᾶγμα πρᾶγμα μέγα κεκίνηται πάνυ.

In C. totus verſus Xanthiæ tributus ſic legitur:

ὦ πρᾶγμα πρᾶγμα σφόδρα κεκίνηται μέγα.

In B. male diſtinctis perſonis & mutilo verſu:

ἄ πρᾶγμα πρᾶγμα. — κεκίνηται μέγα.

762. ἐπέσαι μεγάλαι. Sic membr. Vulgo ὅσαι μεγάλαι.

771. ὅτε δὴ κατῆλθ' Εὐριπίδης. Sic bene membr. & C. Vulgo κατῆλθεν, redundante ſyllaba: quod editores non animadverterunt: ſcilicet quia verſum metiebantur ſyllabarum numero, non poteſtate.

ὅτε δὴ | κατῆλ | θεν Εὐ | ριπίδης | ἐπεδείκ | νυτο.

ſed in Εὐριπίδης ſecunda ſemper & ubique producitur.

772. τοῖσι βάλλοντ — Sic membr. Vulgo τοῖς, minus numeroſo verſu.

783. ὥσπερ ἐνθάδε. Ad Theatrum ſe convertit hæc dicens Æacus, geſtuque ſpectatorum turbam oſtendit. Vide ſupra ad v. 276.

792. ἔΦεδρος. Gloſſa perperam κριτής. Scholion Mſ. ἔΦεδρος, ὁ μαχομένων τινῶν παρακαθήμενος, καὶ μέλλων τῷ νικήσαντι μαχήσεσθαι. *Tertiarius.* Æſchylus Choëph. 866.

τοιάνδε πάλιν μόνος ὢν ἔΦεδρος
δισσοῖς μέλλει θεῖος Ορέσ|της
ἄγχειν.

797. ἐλαθμήσεται. Auctor Etymol. M. p. 744. l. 20. hunc verſum ſic profert:

ἀλλ' ἢ ταλάντῳ μουσικὴ κριθήσεται.

798. μεταγωγήσουσι. Gl. ζυγοστατήσουσι. De poteſtate & uſu hujus verbi apud Atticos videndus Meurſius Gr. Fer. in Ἀπατούρια.

800. ξύμπικλα. C. D. ξύμπυκλα. Gl. ἀνωμένα. In Poll. X. 148. ξύμπλυτα, quæ vera lectio eſt & in textu reponenda.

804. ἔδλιψε γοῦν. Sic IV. codd. Vulgo ἔδλιψεν οὖν.

807. οὔτε γὰρ Ἀθηναίοις ξυνίεσαιν Αἰσχύλος. Sic optime B. ita etiam in meo, niſi quod συνιεσ. habet neglecta litera Attica. Vulgo redundante ſyllaba Ἀθηναίοισι συνίεσαιν. In A. C. Ἀθηναίοισι συνίεσαν' Αἰσχύλος. Muſicas aures non haberet, qui hanc præferret lectionem. Gloſſa ad ξυνίεσαιν, ἔχαιρεν, ἀπεδέχετο αὐτούς.

814. ἐριδρεμέτας. ὁ μεγαλόφωνος Αἰσχύλος.

815. ἡνίκ' ἂν ὀξυλαλόν περ ἴδῃ θήγοντος ὀδόντας ἀνθιτέχνου. Sic bene recentiores editt. quibus adſtipulantur præter Scholiaſtam codd. C. D. Ingratus eſt hiatus in ὀδόντα ἀνθιτέχνου, quam lectionem e prioribus editt. ſtulte revocavit Berglerus. In membr. ὀδόντ' ἀνθιτέχνου cum eliſione, quam metrum averſatur. Verſus digeſſi, uti in membranis diſtincti ſunt, quam rationem agnoſcit etiam Scholiaſtes. In propoſita lectione ὀξυλάλον ſubſtantive accipiendum eſt pro τὸ ὀξυλάλον, *garrulitas*: tametſi hac in formula vereor ut ſine offenſione articulus omitti poſſit. Verbum ἰδεῖν ad alium ſenſum translatum, more poëtis familiari, qui ſenſuum verba commutant. Sic Æſchyl. S. Th. 103. κλύπον δίδορκα. In C. perſpicue ſcriptum eſt ὀξυλάλου, quod adjective acciperetur, ſicque vitaretur incommodum omiſſi articuli: ἡνίκ' ἄν περ ἴδῃ ὀξυλάλου ἀνθιτέχνου θήγοντος ὀδόντας. Hac in phraſi neminem morari debet verbum ἰδεῖν cum patrio caſu conſtructum. Verba ſenſuum duplicem adſciſcunt caſum, ſecundum & quartum. ἴδῃ poſitum hic pro αἴσθηται, & eandem ſequitur conſtructionem. Meliorem hanc lectionem puto.

818. ὑψιλόφων. A. C. D. ἱππολόφων.

819. σκινδαλμῶν. Gl. λεπτολογιῶν. Mœris: σκινδαλμός, ἐν τῷ χ, Ἀττικῶς. σκιναλμός, Ἕλληνες. Ubi vide Pierſonum. In A. C. ſcriptum ut vulgo σκινδαλμῶν: in B. D. σκινδαλάμων. Forma quadriſyllaba occurrit Nub. 130.

λόγων ἀκριβῶν σχινδαλάμους μαθήσομαι.

823. ἐπισκύνιον ξυνάγων. Gl. in C. συσπῶν. In B. D. textus exhibet ἐπισκύνιον ξυνέχων. Gloſſa in D. σινάγων, ὥσπερ οἱ θυμούμενοι θῆρες. Genuina lectio ſæpe in gloſſa latet, quod alibi obſervavi. In

codicis B. contextus ſerie ſcriptum βριχώμενος ὅστις πέμψει. Sic etiam in C. niſi quod πέμπει habet. Gloſſam pro voce textus acceperunt boni librarii, quod non raro contigit. Hic manifeſtus eſt error. Sed aliæ ſunt interpolationes, quæ facile fallant, niſi quis callidiori ſenſu præditus ſit. Exemplo ſit verſus in Lyſ. 1299.

827. γλῶσσ' ἀνελισσομένη, & verſu abhinc ſecundo πνευμόνων, formæ ſunt veteres, Ionicæ, eædemque antiquæ Atticæ dialecti, quam in plerisque ſequuntur Tragici. Eas in chorico cantico, ubi Tragicorum μελοποιΐαν imitatur Comicus, cum recentioris Atticiſmi formis γλώττ' ἀνελιττομένη, & πλευμόνων mutare nefas fuiſſet. Priores agnoſcunt IV. codd. Aldus πλευμόνων edidit: melius Bern. Junta πνευμόνων.

830. οὐκ ἂν μεθείμην τοῦ θρόνου. Sic recte A. C. Gloſſa παραχωρήσαιμι. Vulgo μεθείην, quam ſcripturam mendoſam eſſe jam oſtenderat Daweſius pag. 238. Verbum activum μεθίημι cum accuſativo ſemper, cum genitivo nunquam conſtruitur. Forma paſſiva μεθίεμαι utrumque caſum adſciscit. Vide not. ad Veſp. 416.

833. ἀπωσεμνυνεῖται. Gl. σεμνῶς ἑαυτὸν σχηματίσει.

836. ἐγῴδα. Sic codd. Perperam vulgo diviſum ἐγ' ᾠδα. Vide ad Theſm. 502. Sic ubique excudi volui, quod ſemel dictum ſufficiat, nec librorum hanc varietatem amplius obſervabo.

839. κομποφακελορρήμονα. Gl. σκληρὰ καὶ συνδεδεμένα ἔπη λέγοντα.

840. ἄληθες. *Itane?* Plerumque hoc adverbium ironicæ interrogationi ſervit. Suidas: ἄληθες. ἀντὶ τοῦ ὄντως. ἀξιοῦσι δὲ ἐξυπνεῖν τὸν πρώτην, ὅταν τοῦτο δηλοῖ τὸ ἐν ἐπερωτήσει λεγόμενον ὄντως, ἀληθῶς, οἷον· Αληθες, ὦ παῖ — Thomas M. ἄληθες παρὰ ποιηταῖς, τὸ κατ' εἰρωνείαν ἀντὶ τοῦ ὄντως λαμβανόμενον, ὡς τὸ παρ' Ἀριστοφάνει ἐν Πλούτῳ (123.) ἄληθες, ὦ δειλότατε πάντων δαιμόνων. Sic Lyſ. 433. ἄληθες, ὦ μιαρὰ σύ. Eadem ſignificatione occurrit apud Sophoclem Œd. T. 350. Antig. 758. quibus in locis adverbii hujus poteſtas interpretem [illegible]. Eſt autem hîc parodia verſus Euripidis, quem Musgravius in [illegible] fuiſſe putat:

ἄληθες, ὦ παῖ τῆς θαλασσίας θεοῦ;

Nomini θαλασσίας Thetidem apud Tragicum ſignificanti, ἀρουραίας facete ſubſtituit, Euripidi olera objiciens agreſtia quibus innutritus fuerat. Vide Theſm. 456. & 910.

841. σἰωμυλιοσυλλεκτάδη. Gl. πολυλογίας συλλέγων.

842. Hunc verſum interpretabitur colloquium inter Dicæopolin & Euripidem in Acharnenſibus.

843. αὖτ' ἐρεῖς. Sic membr. Vulgo ταῦτ' — Infra v. 952. libri omnes: δημοκρατικὸν γὰρ αὖτ' ἔδρων.

844. πρὸς ὀργὴν, *iracunde*. Sic infra 856. 998. Sophocles El. 369. μηδὲν πρὸς ὀργὴν, πρὸς θεῶν.

847. Schol. Mſ. ἄρν', ἄρνα μέλαιναν] τοιαῦτα γὰρ ἔθυον τῷ Τυφῶνι, ὁπότε σβροδιλώδης ἐκπνεύση ἄνεμος. τῶν γὰρ τοιούτων οὗτός ἐστιν ἔφορος. εἰκότως δὲ μέλαιναν, καὶ οὐ λευκὴν, ἐπειδὴ καὶ ὁ Τυφὼς μέλας. Virgil. Æn. III. 118.

Sic fatus, meritos aris mactavit honores,
taurum Neptuno, taurum tibi, pulcher Apollo;
NIGRAM HIEMI PECUDEM, Zephyris felicibus albam.

851. Obſerves in his Bacchi verbis manifeſtam imitationem loci Homerici. Æſchylum primo alloquitur, poſtea Euripidem, denique ad Æſchylum deliniendum rurſus ſe confert. Huic dicere poterat, ἐν σοὶ μὲν λήξω, σέο δ' ἄρξομαι. Sic Neſtor Iliad. α'. 275. Atridæ & Pelidæ jurgium ſedans, ab eo qui dignitate præſtantior erat incipit, Agamemnonemque primum hortatur, deinde Achillem, demum Agamemnoni iteratas admovet preces, in eoque deſinit.

μήτε σὺ τόνδ', ἀγαθός περ ἐών, ἀποαίρεο κούρην,
ἀλλ' ἔα, ὥς οἱ πρῶτα δόσαν γέρας υἷες Ἀχαιῶν·
μήτε σὺ, Πηλεΐδη, θέλ' ἐριζέμεναι βασιλῆϊ
ἀντιβίην· ἐπεὶ οὔπω' ὁμοίης ἔμμορε τιμῆς
σκηπτοῦχος βασιλεύς, ᾧ τε Ζεὺς κῦδος ἔδωκεν·
εἰ δὲ σὺ καρτερός ἐσσι, θεὰ δέ σε γείνατο μήτηρ,
ἀλλ' ὅγε φερτερός ἐστιν, ἐπεὶ πλεόνεσσιν ἀνάσσει.
Ατρεΐδη, σὺ δὲ παῦε τεὸν μένος· αὐτάρ ἔγωγε
λίσσομ' Ἀχιλλῆϊ μεθέμεν χόλον, ὃς μέγα πᾶσιν

ὡς ἐξυνὸς ὢν ὢν, καὶ μάλιστ' Αρης ἐλυγεῖ —

Pro τιὴ in membr. ſcriptum τί δαί; Heſychius: τί δαί. διατὶ δή. Ejuſdem ſignificationis eſt τιή.

868. ὅτι ἡ ποίησις. Sic diſtincte ſcriptum in A. C. Perperam vulgo ὁτιὴ ποίησις. Gloſſa in meo ad ὁτιὴ, διότι: ad ποίησις, ἡ. Scilicet indicare voluit gloſſator articulum ſubintelligi, quem abeſſe non patitur ſermonis ingenium. Hoc ſenſit quidem Daweſius: ſed perperam emendavit ὅθ' ἡ ποίησις. Obſervavi ad Lyſ. 611. ultimam in ὅτι nunquam elidi. Vide infra ad 922. 1386.

870. ὅμως δ', ἐπειδὴ — Sic bene A. C. Perperam vulgo particula δὲ omiſſa, quæ alteri μὲν reſpondet v. 866.

873. κρῖναι τόνδε. In B. τοῦτον. Sæpe commutarunt librarii iſta pronomina.

874. τι μέλος ὑπάσατε. Sic tres Regii, ut perite Kuſterus legendum eſſe cenſuit. Meus ἐπάσατε, eodem errore, qui ſupra notatus ad v. 366. Vulgo προσάσατε. Etymol. M. auctor p. 782. l. 4. ὑπόγραμμος, πρόγραμμός τις ὤν. ἡ γὰρ ΥΠΟ ἀντὶ τῆς ΠΡΟ, ὡς καὶ ἐν Βατράχοις Αριστοφάνης·

ὑμεῖς δὲ ταῖς Μούσαις τι μέλος ὑπάσατε.

ἀντὶ τοῦ προάσατε. Ex hac obſervatione ſupplendum & emendandum eſſe Scholiaſtem Comici recte monuit Kuſterus. Olim gloſſa erat προάσατε, quæ in textum primo invecta, poſtmodum depravata fuit & mutata in προσάσατε. *Neque hîc tantum factum ut Scholium vocis authenticæ locum in textu occupaverit: ſed & alibi non ſemel labes hæc Comicum noſtrum invaſit, ut ſuis locis lectorem monemus.* Sic ait Kuſterus in nota ad hunc locum, ſcite & prudenter, ut plerisque videbatur: ſed videbatur tantum; res autem aliter ſe habet. Nempe nondum excogitatum fuerat invictum illud argumentum, cujus diſertiſſimo Eruditorum Diarii ſcriptori habeant gratiam referantque vulgatorum textuum propugnatores. Non enim unica eſt [illegible] generis interpolatio, quam non tueantur, ſic cavillantes, vel, [illegible] Noſter, ἀριστοῖσι παλαίσμασιν ἀντιλογοῦντες: *Nous ne concevons pas bien comment ces gloſes ont pu influer ſur l'erreur dont il*

il s'agit; mais il eſt fort aiſé de comprendre qu'à l'aide d'une reſſource de cette nature on ne doit jamais ſe trouver dans l'embarras. Journal des Sçavans, Nov. 1780. p. 719.

875. ὦ Διὸς — Sic tres Regii. Vulgo omiſſum ὦ.

878. εἰρεσιωλοῖσι παλαίσμασιν. Vulgo inſerta copula τε, quæ nulla ratione locum hîc habere poteſt. Eam non agnoſcunt A. C. additamentum eſt ſcioli, qui peſſimum ad modum verſus digeſſit, ut eos impreſſi exhibent.

882. καὶ παραπρίσματ' ἐπῶν. Quam opportunè hîc IV. codd. exhibent copulam, eam impreſſi perperam omittunt.

883. ἀγὼν σοφίας ὅδε μέγας. Optima hæc eſt vocum collocatio in IV. codd. Vulgo ἀγὼν ὅδε σοφίας, metrici rurſus interpolatione. Primus hujus commatis verſus dimeter eſt anapæſticus: qui ſequuntur omnes dactylici ſunt, præter ultimum qui eſt trochaicus.

886. Æſchylus Eleuſinius erat: quapropter Cererem invocat.

888. καλῶς. Id eſt, μηδαμῶς. Adverbium eſt negandi cum εὐφημισμῷ, ut Latinis *recte*, quo ſæpiſſime utuntur Comici hac ſignificatione, vel pro *nihil*. Vide ſupra ad v. 508.

889. οἷσιν εὔχομαι, θεοί. Sic membr. Vulgo οἷσιν εὔχομαι θεοῖς.

890. Confer not. ad Theſm. 451.

893. ξύνεσίς τε καὶ μυκλῆρες. Vulgo, ruente metro, καὶ ξύνεσις καὶ μυκλῆρες. Daweſius emendat καὶ ξύνεσι καὶ — Noſtra lectio modulatior eſt.

897. ἐπί τε δαΐαν ὁδόν. Subauditur verbum ἐλθεῖν vel ſimile. In meo codice ſcriptum ἔπιτε, cum gloſſa ἐπέλθετε, quæ etiam eſt in C. licet ibi ſcriptum ſit ἐπί τε.

911. In A. C. πρώτιστα μὲν γὰρ ἕνα τινα κάθιστεν. In meo πρώτιστα μὲν γὰρ δή γ' ἕνα τινα κάθιστεν. Melius in B. γὰρ δῆτα ἕνα — unde veram lectionem reconcinnavi:

πρώτιστα μὲν γὰρ δῆθ' ἕνα τιν' ἐκάθιστεν.

Nauci non eſt vulgatum δή γ' ἕνα.

919. ἵν' ὁ θεατὴς πρεσβύτας καθοῖτο. Sic tres Regii. Meus, ut vulgo, καθῆτο. Bona eſt utraque lectio. ἵνα, ὡς, ὅπως cum indicativo

legitime conſtrui obſervavi poſt alios multos ad Æſchyli Prom. 159. Euripidis Phœn. 214. Apollonium I. 281. Vide Pacis v. 136. Menandri fragm. e Nauclero apud Athenæum p. 166. Euripidis fragm. ex Inone VII. ubi lapſus eſt latinus interpres: ne plura excidem loca. Alteram ob conſenſum Reg. Codd. præiuli. Vide ad Lyſ. 149.

922. ἔτι κἀτέν. Vulgo ἔτ' αὐτέν. In IV. codd. ſcriptum ἔτι: mendoſe in C. ἔτι ἐαυτέν. Vide ad Lyſ. 611. & ſupra 868.

925. δεῦ' ἄτιτα. Sic bene noviſſima Batava. Priores perperam δεῦρ' ἄτιτα. In membr. δευτάτιτα conjunctim & una voce, quod Daweſii ſuſpicionem confirmare poſſit de voce ἄτιτα p. 302.

931. Parodia eſt verſuum Euripidis in Hippolyto 378.

ἥδη ποτ' ἄνδρας πικρὰς ἐν μαχῇ χρεὼν
θνητῶν ἐφεύρεσ' ἢ δι' ἐφέτρας ἔχειν.

Confer Equit 1290. ubi Euripidea illa loquendi forma rurſus deridetur.

933. σημεῖον, οὗν ταῖς ναυσὶν ἐνεγέγραπται. Vulgo σημεῖον ἐν ταῖς — Marcklandi emendationem recepi, quem vide ad Eurip. Suppl. 109.

934. De Philoxeno Eryxidis filio, qui filium ipſe habuit patri ſuo, ut Græcis erat mos, cognominem, videndus Perizonius ad Æliani V. H. X. 9.

936. ποῖά γ' ἐστίν, ἄττ' ἐποίεις; Sic membr. Vulgo inconcinne ποῖ' ἄττ' ἐστίν, ἄττ' ἐποίεις;

938. παραπιτάσμασιν. Sic ſcribendum erat, ne verſus claudicaret. Vulgo ν in fine omiſſum.

939. τοιῶτον εὐθύς. Vulgo τοιοῦτον μὲν εὐθύς, ſyllaba ultra numerum excurrente. Spurium eſt μὲν, quod ne ſyntaxis quidem hic admittit. In A. & C. παρὰ σοῦ πρῶτον εὐθύς. In meo παρὰ σοῦ πρῶτον μεν εὐθύς. Pejus omnium B. τὴν τέχνην πρῶτον μὲν εὐθύς. A vero aberrare non ſinebat lex metri.

942. μικροῖς τε τευτλίοισι. Aurium ſolum judicium ſecutus vo[illegible]dinem inverti: vulgo καὶ τευτλίοισι μικροῖς.

[illegible] ἀπὸ βελίων ἀπηθῶν. Sic C. D. In Aldina ἀπηθῶν, quod [illegible]d eſt quam vulgatum in ſequentibus omnibus editi, ἀπ' ἠθῶν.

Noſtram lectionem agnoſcit etiam Scholiaſtes, & auctor Etymol. M. in ἠθμός, p. 422. l. 37.

946. πρώτισθα μέν μοι. Perperam B. D. μέντοι.

947. κρεῖττον γάρ! Hæc vulgo Æſchylo tributa, melius, meo judicio, in B. adſcripta ſunt Baccho, quem in tota hac ſcena ſcurriliter jocantem, Euripidemque amariori ſale defricantem inducit Comicus.

951. ταῦτ' ἐχρῆν. Sic bene meus. Vulgo ταῦτα χρῆν. In A. C. οὐκ ἀποθανεῖν σε δεῖ ταῦτα τολμῶντα. Immo in A. τοιαῦτα. In B. οὐκ ἀποθανεῖν σε χρῆν ταῦτα τολμῶντα.

952. τοῦτο μὲν ἔασον. Vulgo τουτὶ — Illud præferunt tres codd. In C. τοῦτο μὲν οὖν ἔασον.

958. κάχ' ὑποτοπεῖσθαι. Sic diviſim ſcriptum in B. D. In hoc gloſſa priori voci ſuperſcripta κακά. In A. C. κἀϑ' ὑποτοπεῖσθαι. Vulgo conjunctim καχυποτοπεῖσθαι, quod æque bonum eſſe poſſit. καχύποπος ex Ariſtophane, καχυποπόητος e Platone enotavit Pollux II. 57. Vulgatum agnoſcere videtur Suidas. Sed veriorem lectionem eſſe reor eam, cujus veſtigia ſervant codd. A. C. quamque tuetur auctor Etymol. M. p. 762. l. 15. τοπάζειν, σκοπάζεσθαι, ὑπονοεῖν — καὶ καθυποτοπεῖσθαι, τὸ ἐπὶ (male vulgo ὑπὸ) τὸ χεῖρον ὑπονοεῖν. Sæpiſſime κἄτα & κατὰ commutarunt librarii, quod ſuis locis obſervamus.

964. ἑκατέρους μαθητάς. Sic tres Regii. Vulgo ἑκατέρου.

965. In A. C. τούτου μὲν Φορμίσιος. In B. D. τούτου μὲν ὁ Φ. utrique male. Nominis Φορμίσιος antepenultima producitur, ut conſtat e Conc. v. 97. — Μεγαίνετός θ' ὁ Μάνης. In membr. ὁ Μάγνης, quod verum eſt. Taxantur homines iſti tanquam barbari. Gloſſa: ἀμφότεροι βάρβαροι. Μάνης autem eſt nomen ſervile, & apud Comicum nihil aliud quam *ſervum*, *famulum* notat.

967. οἱ 'μοὶ — Perperam Kuſterus edidit οἱ ἐμοὶ — Priores editiones habent οὐμοὶ, ut & tres codd. In C. omiſſo male articulo ἐμοί. Vide ad v. 461.

970. οὐ Χῖος ἀλλὰ Κῖος. Sic legendum, non, ut apud Euſta-

thium ter ad minimum habetur, ἀλλὰ Κᾶες, vel Κεῖος. Nulla hic alluſio ad talorum jactum. Proverbialis eſt locutio in verſatilis ingenii hominem, qui rebus ſe accommodat & tempori ſervit, qui tanquam veſpertilio in fabulis, modo mus eſt, modo volucris, prout illi uſus venit, quique ad potiorem partem ſemper ſe convertit, ut eſt ſupra v. 538.

984. ἀπειδήδοκεν. Male vulgo ν finale omiſſum. In dimetris tam jambicis, quam trochaicis & anapæſticis ultima ſyllaba non eſt indifferens.

987. ποῦ τὸ σκόρδον μοι τὸ χθεσινόν. Vulgo cum metri labe omiſſum eſt pronomen μοι, quod exhibent B. D.

988. ἐλάας. Sic bene, ſervato dialecti idiotiſmo, A. D. παρέτρεχεν exhibent tres codd. Vulgo in hac voce peccatum, ut ſupra in ἀπειδήδοκε.

991. καὶ Μελιτίδαι κάθηντο. Sic, ut vulgo, B. D. male. Delendum eſt importunum καὶ, quod me nolente & imprudente hic remanſit. In Μέλιτος, Μελιτίδαι ſecunda ſyllaba producitur, quod in v. 1302. fuit obſervatum. Vide Suidam in χἀξελτερώταλος, Βοτταλίων, Μαμμάκυθος, ubi hi prolati verſiculi, quorum ultimus omiſſo καὶ ſic legitur, Μελιτίδαι κάθηνται. Et ſic plane ſcriptum eſt in A. C. ſed tempus imperfectum ſententia poſtulat; excudi debuit:

τέως δ' ἀξελτερώτεροι,
κεχηνότες Μαμμάκυθοι,
Μελιτίδαι καθῆντο.

992. τόδε μὲν — Excudi debuit τάδε μέν, ut eſt in libris omnibus. IV. codd. habent τάδε μὲν λεύσεις, male, ſiquidem verbum eſt in tempore præſenti. Frequens hic eſt librariorum error, de quo egi ad Apollonium I. 1307. Ex Æſchyli Myrmidonibus ſumtus hic verſus, quem cum duobus aliis profert Harpocratio in προπεπωκότες, ἀντὶ τοῦ προδεδωκότες — ἐν ἀρχῇ δὲ τῶν Μυρμιδόνων Αἰσχύλος·

τάδε μὲν λεύσσεις, Φαίδιμ' Ἀχιλλεῦ,
δοριλυμάντους Δαναῶν μόχθους,
οὓς προπέπωκας κλισίας εἴσω —



995. ἑλαῶν. Sic A. C. & Thomas M. qui locum hunc profert in ἐλάα. Putabat Kuſterus illam lectionem metro adverſari: nempe ignorabat Atticorum α pro communi αι longum eſſe, ut in κλάειν, πάειν, qua de re videndus Pierſonus ad Mœrin p. 231. Obſerves velim particulas ὅπως μὴ ad rectam loquendi normam hîc cum futuro indicativi conſtrui: tamen apud Scholiaſtam videbis ἐκλὸς εἴσῃ. De ratione quam ſequuti ſunt veteres ſatis conſtat: quis imperitos Græculos & librarios morabitur?

1001. μᾶλλον, μᾶλλον — Semel tantum in C. ſcriptum hoc adverbium.

1004. Ex hoc loco profecit Antipater Theſſal. Epigr. LVII. quod, quia breve eſt, integrum adponam:

Ὁ τραγικὸν φώνημα καὶ ὀφρυόεσσαν ἀοιδὴν
πυργώσας σλιβαρῇ πρῶτος ἐν εὐεπίῃ,
Αἰσχύλος Εὐφορίωνος, Ἐλευσινίης ἐκὰς αἴης
κεῖται, κυδαίνων σήματι Τρινακίην.

1013. τοίνυν οἵους. Sic tres codd. Inſertam vulgo particulam ſolus agnoſcit B. Vide ſupra ad 321.

1018. Primam hujus verſus partem Euripidi, alteram Baccho tribuunt impreſſi, cui totum melius adſcribunt membr.

1019. Vulgo ſic legitur hic verſus, conſentientibus tribus e meis codicibus.

καὶ σὺ τί δὴ δράσας, αὐτοὺς οὕτως ἀνδρείους ἐδίδαξας;

Quæ ſcriptura in legem commatum anapæſticorum offendit, quam ſi bis aut ter ad ſummum apud Comicum violatam reperias, aut ex ineluctabili neceſſitate id factum, aut labem contraxerunt a librariis hi verſus, quos ſuis ſingulos locis examinabimus. In Vat. cod. cujus collationem habuit Kuſterus, & in Oxonienſi cujus meminit Bentleius Epiſt. ad Millium p. 21. legitur:

καὶ σὺ τί δράσας οὕτως αὐτοὺς γενναίους ἐξεδίδαξας;

Eandem lectionem exhibet C. niſi quod pro γενναίους ibi eſt ἀνδρείους, quod e gloſſemate ortum videtur. καὶ & δὴ ſimul in verſu ſtare non poſſunt: alterutra particula ejicienda erat: tametſi primam tuentur

tres memorati codd. alteram, ut magis aptam, præfero. καὶ e præcedente verſu male repetitum fuiſſe videtur. Animadvertendum eſt frequens librariorum peccatum in omittendis præpoſitionibus verborum compoſitorum, cujus plurima jam exempla oſtenderunt hæ notæ. Vide ad Lyſ. 408.

1021. ποῖον; Interrogationem hanc Baccho tribuunt B. C. D. Euripidi vulgo adſcripta eſt.

1023. Θηβαίους πεπαίκαμεν ἀνδρειοτέρους εἰς τὸν πόλεμον. Gloſſa: τῶν Ἀργείων, ὧν πολὺ κατὰ πόλεμον κλέος. Æſchylum vituperat Bacchus, quod in *Septem ad Thebas* dramate Thebanos fortiores Argivis exhibuerit, qui tamen bellica laude Thebanis ſint multo clariores; ſed alio ſenſu verba iſta accipit Æſchylus, inde occaſionem ſumens Athenienſes carpere, ob neglectum bellicarum artium ſtudium.

1025. αὖτ' — Gloſſa τὰ πολεμικά.

1026. εἶτα διδάξας τοὺς Πέρσας μετὰ τοῦτ', ἐπιθυμεῖν ἐδίδαξα. In hac quæ vulgo obtinet lectione obſerves velim εἶτα & μετὰ τοῦτ' eſſe quod mox Æſchylo exprobrabitur δὶς ταυτὸν εἰπεῖν. In duobus codd. reperi μετὰ ταῦτ'. Notum eſt ſæpe commutari μετὰ & κατά: inde ad meliorem & veram lectionem conjectura ductus fui:

εἶτα διδάξας τοὺς Πέρσας, κατὰ ταῦτ' ἐπιθυμεῖν ἐδίδαξα.

1027. νικᾶν αἰεί. Sic membr. Reliqui ἀεί.

1028. Vulgo legitur, ſine ulla metri forma:

ἐχαίρην γοῦν ἡνίκ' ἤκουσα περὶ Δαρείου τοῦ τεθνεῶτος.

Nihil differunt tres codd. e quibus fabulam hanc emendavi, niſi quod articulum τοῦ omittunt, & recte quidem. E conjectura repoſui:

ἐχαίρην γοῦν ἡνίκ' ἐπήκουσ' ἂν περὶ Δαρείου τεθνεῶτος.

qua ſcriptura anapæſto ſaltem conſultum erat. Sed nunc e cod. C. genuinam, quæ ſua ſe ſimplicitate commendat, aprioremque multo lectionem proferam, quam auctori ſuo reſtituat lector:

ἐχαίρην γοῦν ἡνίκ' ἀπηγέλθη περὶ Δαρείου τεθνεῶτος.

1030. ταῦτά γ' ἄρ. Vulgo γὰρ —

1035. κλέος ἔσχεν. Perperam vulgo ἔσχε, eadem menda, quæ in v. 362. Male inverſus vocum ordo in IV. codd. τιμὴν ἔσχ. καὶ

κλέος. Sunt ejusmodi trajectiones in codd. frequentissimæ, quas ubi observarunt primi editores, voces ad metri legem collocarunt. Sed supererant hujus generis labes adhuc permultæ, quarum aliquot diligentiam meam fugerunt. Quum hisce forte diebus Vespas legerem, obstupui conspecto hoc versu, qui est illius fabulæ 247.

μή που λαθών τις ἡμᾶς ἐμπροδὼν κακόν τι δράσῃ.

Veritus fui ne in me aliquid commeruissem mali: illico libros scriptos, impressos adii, in quibus omnibus voces eodem ordine collocatas deprehendi. Sed alias res agebam, dum illa describebam. In sensum enim incurrit legendum esse:

μή που λαθὼν ἡμᾶς τις ἐμπροδὼν κακόν τι δράσῃ.

1042. ὁπόταν σάλπιγγος ἀκούσῃ. Revocant ista mihi verba in memoriam locum Æschyli in S. Th. qui ad hunc diem menda inquinatus fuit. Est ubi de Tydeo Nuntius ad Regem refert, v. 394.

μάχης δ' ἐρῶν,
ἵππος χαλινῶν ὡς κατασθμαίνων, μένει,
ὅσλις βοὴν σάλπιγγος ὁρμαίνει μένων.

Quis μένει, μένων duorum continuorum in senariorum fine a poëta esse credat? Scripserat ille procul dubio:

ὅσλις βοὴν σάλπιγγος ὁρμαίνει κλύων.

Virgil. Georg. III. 83.

Tum, si qua sonum procul arma dedere,
stare loco nescit —

1044. οὐδ' οἶδ' εἰς ἥν τιν' ἐρῶσαν ἐγὼ πώποτ' ἐποίησα γυναῖκα. Sic optime A. C. ut Vat. cod. Kustero adhibitus. Perperam vulgo ἥν τιν' ἂν ἐρῶταν πώποτ', tribrachy pro pede quatuor temporum posito.

1047. ὥσθ' ἑαυτὸν σε κατ' οὖν ἔβαλεν. Sic membr. ut Vatic. cod. Tmesis est: ὥσθ' ἑαυτὸν γ' οὖν καὶ αὐτόν σε κατέβαλεν. Vulgo κάτω νέβαλεν, quod levi manu Valckenarius emendat ad Hippol. 934. κάτω γ' ἔβαλεν. Sed codicum lectionem præfero. In C. κατουνάβαλεν. Glossa μεμοίχευσαι γὰρ τὴν γυναῖκα.

1050. ὅτι γενναίας καὶ γενναίων ἀνδρῶν ἀλόχους. Sic bene IV. codd.

quibus accedit Vatic. Perperam primariæ editt. γενναίους καὶ γεννάιον. Pejus Phil. Junta, unde reliqui ſumſerunt γενναίους καὶ γενναίας. In proclivi tamen erat errorem Aldinæ editionis corrigere.

1051. κώπεια πιεῖν. Sic recte membr. ut Vat. cod. Vulgo πίνω cum verſus labe. Prima in πίνειν producitur. Sed quis hoc ignorat? quis ut tales eluat mendas codicum exſpectet adſenſum. Quis unquam credat Berglerum, vīrum non indoctum, ſi ipſe edendi Ariſtophanis curam ſuscepiſſet, has ſordes in textu relicturum fuiſſe, poſtquam genuinæ lectiones e veteri bonoque codice in Kuſteri notis prolatæ fuerant?

1057. Παρνασσῶν, unico σ. Sic IV. codd. & primariæ editt. recte. Sic etiam in Poëtarum Latinorum accuratis editionibus ſemper legitur. Virgil. Ecl. X. 11.


Nam neque Parnaſi vobis juga? nam neque Pindi —

1062. ἄμοῦ, ἃ ἐμοῦ. Duæ vocales per craſin in unam coaleſcunt, ut produci poſſit, metro ita flagitante. Perperam in vett. editt. excuſum ἃ 'μοῦ: pejus in Kuſteriana ἃ ἐμοῦ.

1063. φάκι' ἀμπίσχων, ἵν' ἐλεινοὶ — Vulgo legitur ἐλεεινοὶ, ſyllaba ultra numerum excurrente, ita ut octonarius ſit acatalecticus, quo metro Ariſtophanem nunquam uſum fuiſſe, nec ullum poëtam conſtat. Jam typis deſcripta erat hæc fabula, verſu ſic emendato, quum harum, quibus otium noſtrum impendimus, literarum decus & columen DAVID RUHNKENIUS donum mihi miſit pretioſiſſimum, Homericum in Cererem Hymnum, quem præter omnem exſpectationem e tenebris Moſcuæ erutum ab erudito Germano, egregio illuſtratum commentario, plaudentibus Muſis, in lucem edidit vir præſtantiſſimus. Ibi eandem formam, eodem quo uſus ſum jure, *licentiam* dixerit Flos Criticorum noſtrorum, reſtituit in hoc verſu:

τοῦ δὲ κασίγνητοι φωνὴν ἐσάκουσαν ἐλεινὴν,

ubi, ut hîc codd. apud Comicum exhibent ἐλεεινοὶ, Moſcuenſis cod. habet ἐλεινήν. Verſus eſt integræ editionis 283. ad quem formam hanc adſtructam videas. In heroico illo verſu, ſicut in Comici anapæſto, quin ea reponeretur, nulla erat cauſa: in Sophoclis allegato ſenario, Philoct. 870.



τλῆναί σ' ἑλεινῶς ὧδε τἀμὰ πήματα.

aliisque ubi occurrit, non ita manifesta causa est, quod alibi expendemus.

1064. φαίνοιντ' εἶναι. In A. B. φαίνονται εἶναι. In C. φαίνωνται εἶναι. Vulgo φαίνωντ' εἶναι. Sermonis indoles optativum flagitat, quo pacto vitatur etiam diphthongi elisio. In meo cod. hic versus & præcedens omissi sunt. Scripto v. 1062. librarius deflexit oculos ad alterum τί δράσας in fine v. 1064. & intermedia omisit; quod sæpissime contigit. — τοῦτ' οὖν ἔβλαψα; τί δράσας; Aliter locum hunc accipit Reiskius, sublato interrogandi signo post ἔβλαψα, hac constructione, τοῦτο οὖν δράσας τί ἔβλαψα; meo judicio, melius. Præstaret adhuc τοῦτ' οὖν ἔβλαψά τι δράσας; *Numquid ergo hoc facto damni dedi?*

1065. τριηραρχία munus erat publicum, civibus pro facultatum censu impositum. Qui illud declinare volebant, pauperes se esse caussabantur. Vide in hanc rem Petitum de Leg. Att. p. 355. seqq.

1068. παρὰ τοὺς ἰχθῦς. Vide ad Lys. 557. Perspicue in IV. meis codd. παρὰ scriptum, non περί. Illud agnoscit etiam Scholiastes, siquidem in vocum textus expositione sic habet: παρὰ τοὺς ἰχθῦς ἀνέκνυψε.] παρὰ τὰ ἰχθυοπώλια. Quod autem Kusterus ait in Vat. cod. esse περὶ τοὺς ἰχθῦς, id fide illius nititur, qui in ejus usum varietates illius codicis excerpsit. Probabile est eum deceptum fuisse nota compendiaria librariis adhiberi solita pro παρά, tenuissimo discrimine ab ea differente, qua περὶ pingebant, quod observavi ad Eurip. Phœn. 893. παρὰ cum accusativo tam in motus significatione, quam absque ea construitur. Vide quæ notavi ad Apollonium II. 496. p. 76. & 222. Eurip. Phœn. 243.

χορὸς γενοίμαν ἄφοβος
παρὰ μεσόμφαλα γύαλα Φοίβου.

Thesm. 489. ἠρεσάμην παρὰ τὸν ἀγυιᾶ.

1070. τὰς πυγὰς ἐνέτριψε. Qui rhetoricæ, poëticæ, aliisque hujus generis artibus operam dabant, impudicitiæ crimine notantur a Comico, tanquam ætatis flore magistris minerval solventes. Idcirco

Praxagora Conc. 112. diſertiſſimos juvenum eſſe ait, ἕως πλεῖστα σποδεῖνται. Hinc facetiſſimus jocus eſt in Equit. v. 428.

1073. ἰυπαπαπαί. Gl. ἐπιφώνημα ναυτικόν.

1075. τὸν ξύσιτον. Operarum errore in Kuſteri editione τῶν, quam mendam religioſe ſervavit editor Batavus noviſſimus.

1077. καὖθις ἐκεῖσ' αὖ. Sic ad anapæſtici metri legem ſcribi debuit. Perperam vulgo καὖθις ἐκεῖσε. Comico, ut poëtis quibusvis frequentatum αὖθις αὖ. Theſm. 552. 862. Acharn. 854. Supra 304. mox 1234. & multis aliis in locis.

1089. ἐπαφαυάνθην. Sic bene Suidas, quod non adſerere ſolum, ſed etiam recipere debebat Kuſterus. Librariorum errore vulgo legitur ἀπεφαυάνθην, quod verbi monſtrum tuetur quidem Biſetus; ſed fruſtra. Simplex eſt αὔω, compoſitum ἀφαύω, bicompoſitum ἐπαφαύω, ἐπὶ relationem ad cauſam notante: ἀφαυάνθην γελῶν ἐπὶ τούτῳ, ὅτι. — φαύω, φαυαίνω ne græca quidem ſunt. Eſt boni commatis verbum φαύζω, ſed ejus ſignificatio tam a loco Rheſi quem Biſetus profert, quam ab hoc Comici aliena eſt. Fucum Biſeto fecit prava quæ apud Euripidem obtinebat ſcriptura ante deſideratiſſimi Musgravii editionem, in qua legitur Rheſi v. 322.

νυνὶ δ' ἐξώσθης Ἄρης
ἔθρανσε λαίφη τῆσδε γῆς μέγας πνέων.

Operarum errore in Kuſteri editione excuſum οὐ δῆτ' ὤσθ'. Rurſusque v. 1112 οὐκ ἔτ' οὕτω. Neutram mendam corrigere ſuſtinuit Batavus editor.

1093. κεραμῆς. Perperam A. C. κεραμεῖς. Sic etiam in B. Sed altera lectio ſuperſcripta. Meus perſpicue Atticam formam ſæpe in codd. obliteratam repræſentat, κεραμῆς. Vide ad Nub. 210.

1100. Hic & ſequens verſus perperam vulgo in unum coaluerunt, ita ut ſtrophe novem tantum ſit verſuum, tametſi in Kuſteri editione præfixus eſt ei titulus cubitalibus literis ΣΤΡΟΦΗ ΚΩΛΩΝ ι'.

1106. λέγετον, ἴσιτον, ἀναδέρεσθον. Eſt hic verſus dimeter trochaicus, ut octavus antiſtrophæ, ſeu 1116.

νῦν δὲ καὶ παρηκόνηται.



Vulgo autem legitur metro jugulato:

λέγετον, ἔπιτον, ἀναδαίρετον.

ubi pes tertius dactylus eſt, quartus jambus, quorum hic nullo loco recipitur, ille vero paribus locis tantum. Præterea ἀναδαίρετον eſt plane vox nihili. Quod Comici interpretum nulli ſuboluerat, id Daweſius intellexit. Sed diu ante eum idem monuerat H. Stephanus Theſ. Ind. col. 410. Ἀναδαίρετον, *explicatè, denudatè, & apertè. Ita v. l. ex Ariſtophane,* SED NON SINE MANIFESTO MENDO. Veteris lexici auctor vocis ſenſum e gloſſa aliquatenus aſſecutus eſt, ſed bis lapſus eſt, tum quia ſcripturæ mendam non animadverit, tum quia verbum modi imperativi pro adverbio habuit. Loci hujus corrigendi fruſtra conatum cepit Daweſius, eo tantum nomine laudandus, quod vulgatum ἀναδαίρετον ineptum & barbarum eſſe declaraverit. Codd. IV. habent λέγετον, ἔπιτον, ἀναδέρετον. In B. & D. additum in contextus ſerie, tanquam auctoris verbum, προφέρετε, quod pars eſt veteris gloſſæ. In C. & D. verbo ἀναδέρετον ſuperſcripta gloſſa ἀνακαλύπτετε. Jam vides unde venerit illud ἀναδαίρετον. Qui vel unum Græcum codicem verſavit, novit nihil librariis ſolemnius fuiſſe permutatione elementorum αι & ε, quæ illi eodem efferebant ſono. Sed & illud ipſum ἀναδέρετον, quod ſententiæ aptum eſt, metro non congruit, cui examuſſim conveniet, ſi correcto librariorum errore, pro activa mediam formam repoſueris, ἀναδέρεσθον. Et hæc eſt vera poëtæ manus.

1115. αἱ φύσεις τ' ἄλλως. Sic IV. codd. Perperam vulgo pro τε eſt δέ.

1119. καὶ μὴν ἐπ' αὐτοὺς τοὺς προλόγους σοι τρέψομαι. Sic optime membr. In B. D. omiſſo plane pronomine, προλόγους τρέψομαι. Demum in C. vulgata lectio eſt προλόγους σου, quæ eſt abſurdiſſima. Euripides Bacchum alloquitur, ut e verſu abhinc ſecundo, atque etiam tertio liquet; & Bacchus ei reſpondet. σοι hic eleganter abundat, ut Conc. 136. ἰδοὺ γέ σοι πίνουσι. Sophocles Phil. 261.

οὐδ' εἶμ' ἐγώ σοι κεῖνος, οὗ κλύεις ἴσως —

Similem mendam elui ſine librorum ope in Lyſ. 202. ubi vide not.

& ad 1074. Sic locum hunc verterat Berglerus: *Igitur ad prologos tuos me convertam, ut primam tragœdiæ partem primo examinem, quid habeat boni: erat enim obſcurus in rebus enunciandis.* Quis non ſentit hæc male cohærere? Nam ſi Euripides Æſchylo dicit, *ad prologos tuos me convertam*, addere debet *eras enim obſcurus*: non vero *erat*. Tum αὐτοῦ τοῦ δεξιοῦ non ſignificat *quid habeat boni*: ſed *ſciti illius poëtæ*.

1124. Ορεσθείας. Sic tres codd. Solus C. ut vulgo Ορεσθείας. In Theſm. 135. eadem forma eſt Ανκουργίας. Ex Æſchyli Lycurgo verſum profert Longinus Sect. XV. p. 102. editionis Lipſienſis:

ἐνθουσιᾷ δὴ δῶμα, βακχεύει σθένει.

1128. ἐς γῆν. Sic IV. codd. hic & infra, ubi eadem repetuntur verba. Impreſſi minus bene εἰς. Ex hoc Comici loco Stanleius initium Choëphorarum Æſchyli, quod deſideratur, partim reſtituit.

1134. ἐγὼ σιωπῶ τῷδ'; — ἐὰν πείθῃ γ' ἐμοί. Sic diſtincte in membr. & optime, quem ad modum vi[illegible] etiam recte expreſſum v. 1229. ἐγὼ πρίωμαι τῷδ'; — ἐὰν πείθῃ γ' ἐμοί.
In B. D. ſcriptum hic ut vulgo legitur: ἐγὼ σιωπῶ τῷδέ γ'; — ἄν — In C. non interpoſita Bacchi perſona, τῷδε ἂν πείθῃ — Lyſ. 530. σοί γ', ὦ κατάρατε, σιωπῶ 'γώ;

1136. ὁρᾷς ὅτι λῃτεῖς. Abſurde vulgo hæc verba Æſchylo tribuuntur, qui nondum ſcit quid in ſuis verſibus carpere velit Euripides; ideo mox ab eo percontatur quid in eis peccaverit. Sunt iſta Euripidis ad Bacchum, ad quæ hic etiam reſpondet: ἀλλ' ὀλίγου γ' ἐμοὶ μέλει. Accedit codd. auctoritas. Sunt iſta verba in B. D. Euripidi continuata.

1150. Erotianus in Expoſitione vocum Hippocratis: οἷνος ἀνθοσμίας, ὁ εὐώδης καὶ ἡδύς. ὡς Αριſτοφάνης ἐν Βατράχοις καὶ ἐν Θεσμοφοριαζούσαις. Poſteriores Theſmophoriazuſas intelligit; nam in prioribus, quæ exſtant, nomen illud non reperitur.

1155. πῶς δίς; Hoc bene in C. D. Baccho, ut vulgo, tributum: in duobus aliis Æſchylo.

1157. ἥκω δὲ — Perperam vulgo ἥκειν, manifeſto errore. In

meo, bona ſyntaxi, ſed peſſundato metro, ſcriptum eſt: ἥκειν δὲ ταυλὸν ἐσθλὸ τῷ κατέρχεσθαι. Haud impĕrite judicavit librarius utrumque verbum ejusdem modi eſſe debere: ſed ipſa Æſchyli verba repetenda erant. In C. hic verſus omiſſus eſt.

Scripturam hujus & ſeq. verſus dudum ſic emendaveram non inſpecto Gellii loco quem protulit Kuſterus, ſed quod in eo præcipuum erat omittens. Dum has notas ſcribo forte fortuna recordor bonæ operæ quam præſtitit idem mihi Gellius ad Theſm. 456. & negligentiæ cujus ibi reum Kuſterum egi, & verſus hujus fabulæ 356. e Gellio etiam emendati. Illum itaque adeo, experiri cupiens an eum mihi conſentientem ſim habiturus. Sic autem apud eum L. XIII. cap. 24. Comici verſus leguntur:

δὶς ταυλὸν ἡμῖν εἶπεν ὁ σοφὸς Αἰσχύλος.
ἥκω γὰρ εἰς γῆν φησὶ καὶ κατέρχομαι.
ἥκω δὲ ταυλὸν ἐσθλὸ τῷ κατέρχομαι·
νὴ τὸν Δί', ὥσπερ εἴ τις εἴποι γείτονι,
χρῆσον σὺ μάκελραν, εἰ δὲ βούλει κάρδοπον.

Comico non feciſſet injuriam Kuſterus, ſi quæ ſunt in his bonæ lectiones, eas illi reſtituiſſet.

1158. ὥσπερ εἰ — Vulgo γε inſerunt: immo in membr. geminatur: ὥσπερ γ' εἴ τίς γ' εἴποι. Tam a poëta eſt unum quam alterum.

1161. Vulgo ſic legitur hic verſus toto pede defectus:

ἄνθρωπε, ταύτῃ 'σ', ἀλλ' ἑτέρως ἔχον.

Meliorem lectionem Kuſtero ſuppeditaverat Vat. cod. collatio:

ἄνθρωπε, ταῦτα 'σ', ἀλλ' ἄρισθ' ἕπων ἔχει.

At vero optima eſt & ſincera, quam dedi e meis:

ἄνθρωπε, ταὔτ' ἐσθ', ἀλλ' ἄρισθ' ἑπῶν ἔχον.

Tres habent ἔχον: ſolus B. ἔχει. Tres ταὔτ' bene: ſolus C. ταῦτ' cum gloſſa οὕτως. Euripidis criminationi ἥκω ταυλὸν ἐσθλὸ τῷ κατέρχομαι, & δὶς ταυλὸν ἡμῖν εἶπεν, reſpondet Æſchylus: οὐ δῆτα τοῦτο τὸ αὐτό ἐσθιν, ἀλλ' ἔσθιν ἄριστα ἔχον τῶν ἑπῶν. — ἐσθιν ἔχον valet ἔχει, eleganter in altero membro participio ἔχον poſito, ab ἔσθιν prioris membri pendente. Sic Pl. 371.

τὸ δ' ἔσθιν οὐ τοιοῦτον, ἀλλ' ἑτέρως ἔχον.

minus bene ibi legeretur ἔχει. Scripta jam hac nota animadverto eandem plane quam dedi lectionem esse in editione Bernardi Juntæ, unde enotata fuit in Excerptis Scaligeri. In minoribus Batavis integer saltem senarius legitur:

ἄνθρωπε, ταύτῃ γ' ἐσθίν, ἀλλ' ἑτέρως ἔχον.

Sed hæc lectio ab interpolatore concinnata fuit.

1173. τοῦθ' ἕτερον. Sic quidem codd. sed, ut opinor, mendose. Scribendum ταὔθ' ἕτερον — id est, ἕτερον τὸ αὐτὸ αὖθις λέγω, quod in versione expressi.

1175. τεθνηκόσιν. Perperam vulgo ν finale omissum, cum versus labe: emendata in membranis est scriptura, & in C. quod quum observo, vereor ne stulte diligens videar.

1178. σίοιδ' ἐγώ. Gl. σωρείαν λέξεων ἐνοῦσαν ἔξω τοῦ πρέποντος, κ. μὰ τὸ πρέπον.

1180 οὐ γάρ μου 'στίν. Sensum sic supplet glossa γνῶναι πρὸ τοῦ ἀκοῦσαι, quod paulo longius arcessitum videtur. Quidni? οὐ γάρ μου 'στὶ λέγειν. Rem transegit Berglerus, hæc verba in versione omittendo, qua ratione nihil profecto tutius vel facilius est.

1182. εὐδαίμων. Sic optime Vat. cod. quod absque eo etiam reponi poterat ex Æschyli responso: *Non hercle* εὐδαίμων, *sed* κακοδαίμων. Hoc illud sibi opponi flagitat: loci gratiam corrupit, qui e glossa interpolavit vulgatum εὐτυχής. Idem Euripidei prologi vocabulum repetit etiam Bacchus v. 1195. ubi εὐτυχὴς metrum admittere non gravabatur.

1184. ὄντινά γε, πρὶν φῦναι μὲν, ὠπόλλων ἔφη. Sic e membr. edidi, in quibus tamen mendose Απόλλων, versu, ob articuli defectum, claudicante. Eadem plane est scriptura in C. Duo alii, ut vulgo, perversissime:

ὄντινά γε, πρὶν μὲν ἢ φῦναι, Απόλλων ἔφη.

ὠπόλλων est in Vat. cod. cujus scripturam ad eundem modum jam emendaverat Valckenarius ad Eurip. Phœn. p. 539.

1192. ἤρπασεν. Gl. μετὰ φθορᾶς ἦλθεν. Est ab ἔρπω, cujus verbi

vis & significatio in glossis Hesychii satis explicatæ. Futurum Attici a forma contracta derivant: ἐρρήσω, ut τυφλήσω. Vide ad Lyſ. 459. In eadem fabula v. 1240. οὐκ ἐρρήσετ', ὦ μασιγίαι; Ab hoc futuro derivantur cognata tempora ut aoristus hic, & præteritum, Thesm. 1075. ὀχληρά γ' εἰσήρρηκας.

1195. εὐδαίμων ἂν ἦν, εἰ — Perperam vulgo & soloece εὐδαίμων ἄρ' ἦν — Nostra lectio perspicue scripta est in B. Vide not. ad Lyſ. 149. & supra 866.

1197. καλῶς ποιῶ. Superscriptum in C. καλοὺς pro varia lectione.

1200. ἀπὸ λήκυθίου σοι τοὺς — Sic eleganter membr. Inde depravata est vulgata lectio, quam repræsentant C. D. ἀπὸ λήκυθίου σου. Meliorem exhibet B. sed nostræ non præferendam: ἀπὸ λήκυθίου τοὺς σοὺς προλόγους διαφθερῶ.

1206. Initium Archelai Euripidis.

1209. Hunc versum Euripidi, sequentem Baccho tribuunt tres codd. Solus C. juxta impressos utrumque Baccho adscribit.

1211. Initium Hypsipyles Euripidis: tertii versus clausulam profert Scholiastes, παρθένοις ξὺν Δελφίσι. Genuinam formam servarunt membr. πεύκῃσι, de qua vide Valckenario ad Eurip. Phœn. p. 23. & nobis ad Medeam 482. notata. In Lyſ. 330. vulgo etiam legitur δούλῃσιν ὠσλιζομένη. Παρνασσὸν est in IV. codd. ut supra 1057.

1217. Initium Sthenebœæ Euripidis. Tertii versus finem habet Scholiastes πλουσίαν ἀροῖ πλάκα.

1221. τοῦτο πνευσεῖται. Insertam vulgo particulam γε omittunt tres Regii. πνευσεῖται forma est Dorica Atticis poëtis in futuris mediis frequentata. Vide quæ notavi ad Eurip. Hippol. 1104. Pl. 496. Menander apud Stobæum p. 59. Floril. Grotii:

εἰ τοὺς ἀδικηθέντας, πάτερ, φευξούμεθα.

1224. Hunc versum Baccho recte tribuunt IV. codd. Manifesto in impressis errore Æschylo adscriptus est.

1225. Initium est Euripidis Phryxi. Suppressam alterius versus partem habet Scholiastes, ἴκεσ' ἐς Θήβης πέδον.

1227. ἀποσφίω τὴν λήκυθον. Hoc Bacchus Euripidi dicit, sua-

dens ei ut pestiferum illum lecythum emat: mox v. 1235. Æschylo suadet, ut eum vendat. Manifestus sensus est: & si forte in verbi significatione hæsitabat Berglerus, quidni Stephani Thesaurum consulebat? non inepte vertisset: *Vende Lecythum. — Quid ita? egone huic vendam?*.

1232. Initium est Iphigeniæ in Tauris. εἰς Πίσσαν. Sic bene A. C. Fœdissima menda vulgo Πίσσαν.

1235. ἀπόδου, *vende*. Sic perspicue in membr. ut perite emendavit Dawesius. Vulgata lectio ἀπόδος alienam hujus loci significationem habet, *redde*, *restitue*.

1236. καλήν τε κἀγαθήν. Hoc ex usu loquendi, & formula qua nihil tritius, reponere quivis potuisset. Sic in IV. codd. Vulgo καλήν γε κἀγαθήν.

1238. Est ex prologo Meleagri, cujus hoc erat exordium:

Καλυδὼν μὲν ἥδε γαῖα, Πελοπίας χθονὸς
ἐν ἀντιπόρθμοις, παῖδ' ἔχουσ' εὐδαίμονα.
Οἰνεὺς δ' ἀνάσσει τῆσδε γῆς Αἰτωλίας,
Πορθάονος παῖς· ὅς ποτ' Αλθαίαν γαμεῖ,
Λήδης ὅμαιμον, Θεστίου δὲ παρθένον.
οὗτός ποτ', ἐκ γῆς πολύμετρον λαὸν σπάχνη,
θύων ἀπαρχὰς, οὐκ ἔθυσεν ἐν μέρει
Ἀρτέμιδι —

1243. ἔα ὑτὸν, ὦ τάν. Sic perspicue scriptum in B. D. Peperam vulgo ἔ' αὐτὸν, tanquam si in ἔα elidi posset ultima, quæ longa est. Vide ad Lys. 945. Male in membr. scriptum ἔα αὐτίν: pejus in C. ἔασον αὐτόν. Poëtæ Attici sæpe in unam syllabam ἔα contrahunt. Nub. 932.

δεῦρ' ἴθι, τοῦτον δ' ἔα μαίνεσθαι.

Sophocles Œd. Tyr. 1451.

ἀλλ' ἔα με ναίειν ὄρεσιν ἔνθα πλήζεται —

Antig. 95.

ἀλλ' ἔα με καὶ τὴν ἐξ ἐμοῦ δυσβουλίαν.

Ut in illis versibus ἀλλ' ἔα pes est spondeus, sic ἀλλ' ἔα ὑτὸν est antibacchius,

antibacchius, qui ſenarium inchoat. Sic ſcripſerat idem Sophocles in verſu Œdipi Colon. vexatiſſimo 1255. editionis Johnſoni, cujus ſenſum ſolus percepit Daweſius, veramque lectionem adſeruit, ſed prava ſcribendi ratione obſcuratam:

• ἀλλ' ἔα 'γὼν.. εἰσὶ χ' ἁτέρους γοναὶ κακαί.

Sibi habeant, auferantque ſecum nugas ſuas Viri Clariſſimi, qui Sophocli adfingere voluerunt, alter ἀλλ' ἐγὼ τοι (pro σὺ τοι) alter ἀλλ' (pro ἄλις) αὐτόν: quæ ſuo loco, ut par eſt, explodentur.

1244. Initium eſt prologi Melanippæ ſapientis:

Ζεὺς, ὡς λέλεκται τῆς ἀληθείας ὕπο,
Ἑλλὴν ἔτικτε —

1258. ὅπη μέμψεται. Sic tres codd. Soloece vulgo legitur μέμψαιτο, quod habet etiam B. Fœdiſſimam mendam, ſi minus e perſpecta loquendi ratione, ſaltem e Scholiaſta eluere poterant editores: hic enim metra declarans hunc verſum conſtare ait ἐκ διτροχαίου, καὶ βακχείου ἢ ἀμφιβράχεος, quod verum eſt in noſtra lectione, in vulgata ſecus deprehenditur. Gloſſa ad ſeq. v. τὸν ἔνθεον ἄρχοντα τῶν μελῶν, τὸν ἐκβακχεύοντα ἐν τῇ ποιήσει.

1263. Verſum hunc libri omnes ſcripti & impreſſi, etiam poſterior editio Veneta, Baccho tribuunt, ita ut typothetæ errore, non Bergleri judicio, adſcriptus ſit Æſchylo in noviſſima Batava.

1264. Ridiculi hujus centonis duo primi verſus ſunt ex Myrmidonibus Æſchyli: tertius eſt e Pſychagogis: quinto & ſexto diverſam ſedem tribuunt veteres Critici: unde eſſent Ariſtarchus & Apollonius ignorarunt, aliis ad Telephum, aliis ad Iphigeniam eos referentibus.

1270. μάνθανε παῖ. Sic membr. omiſſo μου, quod pronomen vulgo inſeritur.

1273. εὐφαμεῖτε μελισσονόμοι — Vertit Berglerus: *bona verba dicite apiarii.* Quid, quæſo, apiariis rei eſt cum Dianæ templo? Μελισσονόμοι ſunt Meliſſarum, ſeu ſacerdotum Dianæ præſides. Mulieres fatidicas, quæ in templis miniſtrabant, μελίσσας dictas fuiſſe notum eſt. In C. non δόμον, ſed δρόμον ſcriptum, & iſta habetur

gloſſa: εὐφήμως λέγετε οἱ δίκην μελισσῶν μιμόμενοι ἐν τῷδε τῷ τῆς θεᾶς ἄλσει.

1276. ὁσίων ad ἀνδρῶν relatum meliorem ſenſum dare videtur: vulgo legitur ὅσιον. Sed neutrum ſincerum eſt. In Æſchyli Agamemnone, unde hic verſus deſumtus, exſtat v. 104. ὅδιον, quod cur Comicus mutaret nulla erat ratio. Immo ὅσιον ex Aſclepiadis interpolatione eſſe tradit Scholiaſtes, cujus verba ab exſcriptoribus male habita recte emendat Pawius ad Æſchyli locum: ἐν τοῖς πλείοσι ΟΔΙΟΝ· Ασκληπιάδης δὲ ΟΣΙΟΝ. Illud a lectore reponi velim. In B. κύριός εἰμι λέγειν — Vides gloſſam pro genuino auctoris verbo. Mox v. 1279. idem cod. in contextus ſerie exhibet ἐς τὸ βαλανεῖον βούλομαι ἀπελθεῖν. Ultimum verbum gloſſa eſt, in C. D. verbis textus ſuperſcripta. De hujus verbi & ſimilium frequentiſſima ellipſi, & Kuſteri commento gloſſam in verſum intrudentis, vide Orvillium ad Charit. p. 706. ſeq.

1284. Parodia eſt canticorum Æſchyli, centonis itidem in modum concinnata e verſibus variorum illius dramatum. In Agamemnone v. 109. iſti leguntur:

ὅπως Αχαιῶν
δίθρονον κράτος, Ελλάδος ἥβας
ξύμφρονα ταγάν,
στέμπῃ ξὺν δορὶ δίκας πράκτορι
θοὺριος ὄρνις Τευκρίδ' ἐπ' αἶαν.

E Sphinge deſumtus eſt iſte

Σφίγγα δυσαμερίαν, πρύτανιν κύνα, στέμπει.

Verſus intercalaris unica voce conſtat a Comico ficta, ad deridendum ſtrepitum inanem verborum Æſchyli, ut probabiliter Berglero videtur. Apud Æſchylum male vulgo legitur Ελλάδος ἥβαν. Stanleius merito ἥβας præferebat, & ſic apud Comicum edi oportuit ad veruſtiſſimorum codd. fidem. Quippe in membr. & in C. perſpicue ſcriptum ἥβας, cum gloſſa in poſteriore codice, ἀκμῆς, ἰσχύος, quod doctam plane confirmat Stanleii conjecturam. Cohærent apud Tragicum ταγὰν ξύμφρονα ἥβας Ελλάδος. Jocum inde captans Comicus pro



ξύμφρονα ταγάν, alios e Sphinge adſuens verſus, ſubſtituit πρύτανιν κύνα, σφίγγα δυσαμερίαν: quod ridiculum eſt & facetum. In cantici fine fruſtra nexum ſententiarum quæras, & probabilem aliquem ſenſum: de induſtria hos Æſchyli e diverſis dramatibus verſus coagmentavit Comicus, perſonandis ſpectatorum auribus ſine ullo animi motu; niſi forte verſus ita delegit, ut Athenienſium in memoriam revocaret Tragici cantica quædam, quæ ob nimiam grandiloquentiam & κομπροφακελοβήμοσύνην in reprehenſionem incurriſſent. A Græcis nimium recedit latina verſio, quam ſic reformatam vellem. *Quomodo Achivorum geminum imperium, Hellenicæ pubis, — Sphingem triſtificam, rectorem canem mittit, — cum haſta & manu vindice impetuoſus ales, — incidere faciens in audaces canes æra pervagantes, — quod ad Ajacem inclinat: Phlat —*

1300. λειμῶνα Μουσῶν ἱερόν. Sic ſcribi debuiſſe ſtatim deprehendit, qui metra primis labris adtigit. Sic eſt in C. D. Vulgo peſſumdato verſu & quod ad ſyntaxin minus eleganter, ἱερῶν.]

1302. σκολιῶν Μελίτου, Καρικῶν αὐλημάτων. Perperam vulgo καὶ Καρικῶν. A mala manu inſerta fuit copula, quæ ſermonis venuſtati & metro officit. Secunda in Μέλιτος longa eſt, ut obſervatum fuit ſupra ad v. 991. *Quis non animadvertit, ſi* KAI *interponatur, multum elegantiæ loco decedere? nam tota ſententia progreditur ſine aliqua particula, qua membra copulentur. Sed, ut nullus dubitandi locus relinquatur amplius, hic ipſe verſus citatur a Suida in* Μέλιτος, *nec ibi apparet* KAI. Verba ſunt Bentleii in Diſſertatione Phalaridea de Origine Tragœdiæ p. 168. Iſtud καὶ plane abeſt in membr. & in meo: primo ſcriptum fuit in C. poſtea litura inductum, ut vix appareat quid prius ſcriptum fuerit.

1307. μέλη. Corrige typothetæ errorem.

1308. οὔκ in fine verſus. Vide ad Lyſ. 873. Vulgo οὔ. In membr. hæc vocula Euripidi tribuitur. De verbo λισθιάζειν, quod Latinis eſt *fellare*, digna habet Euſtathius, quæ hîc proponantur: p. 741. ubi laudato hoc Comici verſu, ſic pergit l. 20. εἰσὶ βλασφημίας καὶ ἀπὸ ἰθύων, καὶ σκόλιων, καὶ δήμων πολλαὶ, ῥηματικῶς

πεποιημέναι. ἐθνῶν μὲν, οἷον κιλικίζειν καὶ αἰγυπτιάζειν (Theſm. 922.) τὸ μονηρεύεσθαι. καὶ κρητίζειν, τὸ ψεύδεσθαι. ἐκ πόλεων δὲ, οἷον ΛΕΣΒΙΑΖΕΙΝ τὸ αἰσχροποιεῖν. εἶτα παραγαγόντες Φερεκράτους χρῆσιν ἐν Ἰάμβῳ, τὸ

δώσει δέ σοι γυναῖκας ἑπτὰ Λεσβίας,
ἐπάγουσιν ἀμοιβαῖον τὸ
καλόν γε δῶρον ἑπτ' ἔχειν λαικαστρίας.

ὡς τοιούτων οὐσῶν τῶν Λεσβίων γυναικῶν. ἐκ δήμων δὲ βλασφημία, τὸ αἰξωνιύεσθαι, ἤγουν κακολογεῖν. Αἰξωνεῖς γὰρ, δήμοται Ἀττικοὶ, σκωπτόμενοι, ὡς κακολόγοι· καθὰ καὶ οἱ Σφήττιοι ἐπὶ ἀγριότητι· ὅθεν ὁ Χαιρεφῶν Σφήττιος ἔσκωπται. In Meretriculam hujus adſinem turpitudinis ludens Martialis, illam exinde *Lesbiam* vocat:

Quod fellas, & aquam potas, nil, Lesbia, peccas.
qua tibi parte opus eſt, Lesbia, ſumis aquam.

1309. Eadem ratione conſutus eſt hic cento e diverſis Euripidis canticis, ac ſuperior ille in deriſionem Æſchyli. Initium traductum ex Iphig. T. v. 1096.

ὄρνις, ἃ παρὰ τὰς πετρίνας
πόντου δειράδας, ἀλκυών,
ἔλεγον οἰκτρὸν ἀείδεις.

Locum indicavit Berglerus, ubi paulo infra uſus eſt Euripides verbo εἰλίσσω:

λίμναν θ' εἰλίσσουσαν ὕδωρ
κύκνειον.

Sed aliud quid reſpexiſſe videtur Comicus: nam quæ hîc profert nimium quantum ab Euripideis illis immutata ſunt. ἀενάοις ſcriptum eſt in IV. codd.

1316. κερκίδος ἀοιδοῦ μελέτας: appoſitio eſt ad πνεύσματα. Præpoſita vulgo copula gratiam omnem loci corrumpit: eam non agnoſcit cod. meus. Sumtus eſt hic verſiculus, teſte Scholiaſta, ex Euripidis Meleagro. *Radium* ἀοιδὸν, *canorum* appellat, non *quia*, ut ait ille, *textrices inter opus faciundum canere ſolent;* ſed ob ſtridulum quem edit ſonum, dum inter fila ſtaminis trajicitur, cujus ſoni tanquam

muſici & jucundi ſolemne eſt poëtis græcis laudem adjungere, ſic ubi pectinis meminerint. Leonidas Tar. Epigr. VIII.

τὰν ἄτρια κρινομένναν
κερκίδα, τὰν ἰσίων μολπάτιδα.

Antipater Sid. Epigr. XXII.

κερκίδα δ' εὐποίητον, ἀηδόνα τὰν ἐν ἐρίθοις,
Βακχυλὶς, εὐκρέκτους ᾇ διέκρινε μίτους.

XXVI. κερκίδας, τὰν ὀρθρινὰ, χελιδονίδων ἅμα φωνᾷ,
μελπομέναν, ἰσίων Παλλάδος ἀλκυόνα.

IX. κερκίδα τὰν φιλαοιδὸν Ἀθηναίᾳ θέτο Βιτίλω.

Hinc illud Virgilii

Arguto tenues percurrens pectine telas.

1317. Hic & ſeq. verſus deſumti ſunt ex Euripidis Electra, ubi legitur v. 438.

ἵν' ὁ Φίλοκλος ἔπαλλε δελφὶς
πρῴραις κυανεμβόλοις-
σιν εἰλι[illegible]μενος.

1320. Ex Euripidis verſu in Hypſipyle, qui ſic ferebatur juxta Scholiaſtam:

οἰνάνθα φέρει τὸν ἱερὸν βότρυν.

Ex eodem dramate eſt etiam v. 1322. Simile eſt quod exſtat in Phœniſſis v. 314.

ἀμφίβαλλε μασθὸν
ὠλέναισι ματέρος.

In Hypſipyle erant etiam hæc verba: ἀνὰ τὸ δωδεκαμήχανον ἄστρον, cujus epitheti ſignificatio apud Tragicum obſcura eſt: ſed hic facete Cyrenæ tribuitur, nobili ſcorto, cujus mentio in Theſm. 98. Omnes illa Veneris figuras exprimebat, quas Philænis, Elephantisque obſcenis deſcripſerunt libellis. Supra verſu 1301. adverſario objecerat Æſchylus, eum a quibusvis meretriculis carmina ſua ſumere.

1331. κελαινοφανής. Sic tres codd. cum primariis editt. In aliis κελαινοφανὴς, quod eſt etiam in C. Conficta hæc ad imitationem monodias Hecubæ in cognomine dramate, v. 68. ὦ στερωπὰ Διός—

Propter voces πυλῶς ὄρφνα putat Berglerus reſpexiſſe etiam Comicum ad illa Iphig. T. 151.

εἶεν ἰὼ δόμων ὕψιν ὑπείρων
πυλῶς, τᾶς ἐξαλᾶ ὄρφνα.

Verſus digeſſi, ut ſunt in membr. e quibus & ex meo Doricam formam ὑσλακων recepi.

1333. πρόσωλον. Sic membr. & B. Vulgo πρόσπολον.

1340. Qui triſte inſomnium viderant, primo mane ſe luſtrabant marina aut fluviali aqua. Hujus moris exemplum eſt in Apollonii Argon. IV. 663. ubi viſo ſub Medeæ & Jaſonis adventum ſomnio exterrita Circe

ἐπισταλομένης ἠοῦς νοτίδεσσι θαλάσσης
ἐγρομένη πλεκάμους τε καὶ εἵματα φαιδρύνεσκε.

1345. Μανία eſt nomen ancillæ, ut Theſm. 728. a Μάνης deductum, quod eſt nomen ſervi.

1349. κνεφαῖος. Sic codd. & primariæ editt. tres, quod e Scholiaſta repoſuit Berglerus. Peccarunt operæ in officina Cratandri κνεφαίοις exprimentes, quæ menda in Venetas tranſiit, & poſtea male correcta vulgatum peperit κνεφαίως.

1356. Ἰδας, Dorica forma, tres habent codd.

1358. τὰ κῶλα. Gloſſa, τοὺς πόδας ὑμῶν.

1359. Vox Ἀρτεμις, quæ forte ex gloſſa ſe intruſit, ſine ullo diſpendio abeſſe poſſet.

1360. διὰ δόμων παντοχῆ. In meo διὰ δόμων ταχύ.

1362. ὀξυτάταιν χειροῖν. Tres codd. ὀξυτάτας ad λαμπάδας relatum, minus bene. Vulgatum habet B. In C. διαπύρους, cum hac gloſſa: διακαεῖς, ἢ διπύρους, ἤτοι διπλᾶς.

1363. ὅπως ἂν εἰσελθοῦσα φωράσω. Verſus eſt jambicus. Particulam ἂν, quæ vulgo omiſſa eſt, exhibent codd. A. C. Rariſſime Comicum ὅπως *ut*, ſine ἂν adhibere obſervavi ad Lyſ. 384. *ut ingreſſa perſcruter ad deprehendendum furtum.* Hac ſignificatione adhibitum verbum φωρᾶν Nub. 499.

1364. Ex hoc ſenario perperam vulgo duos verſus faciunt.

1365. Sic ſcriptus vulgo hic verſus toto deficiente pede:

ἐπὶ τὸν σταθμὸν γὰρ ἀγαγεῖν βούλομαι.

Kuſterus e conjectura ſic ſupplet:

ἐπὶ τὸν σταθμόν γ' ὑμᾶς γὰρ ἀγαγεῖν βούλομαι.

parum concinne & falſo ſenſu: Æſchylus enim ſolum Euripidem ad libram ducere vult. Friſchlinus ex vi ſententiæ bene verterat: *Nunc ad ſtateram volo virum hunc deducere.* Et illud ipſum eſt, quod græce dedi, haud quidem e conjectura, quam tamen facile quivis facere poterat, ſed e tribus codd. qui verſum ſic exhibent:

ἐπὶ τὸν σταθμὸν γὰρ αὐτὸν ἀγαγεῖν βούλομαι.

In B. eodem ſenſu, integroque verſu, ſed minus modulato:

ἐπὶ τὸν σταθμὸν τοῦτον γὰρ ἀγαγεῖν βούλομαι.

1369. Mendoſe in impreſſis omnibus, ne quidem excepta hac mea editione, fertur hic verſus, quod me imprudente contigit: nam eum recte emendatum habebam. Vulgo ſic legitur peſſumdato metro:

ἀνδρῶν ποιητῶν τυροπωλῆσαι τὴν τέχνην.

Quod excudi paſſus ſum τυροπολῆσαι ne quidem græcum eſt. Legendum:

ἀνδρῶν ποιητῶν τυροπωλῆσαι τέχνην.

Articulum τὴν & ſententiam & metrum inutili gravantem onere non agnoſcebant membr. nec meus cod. eumque poſtmodo vidi abeſſe etiam in C.

1374. μὰ τὸν — Subauditur Δία, vel Ἀπόλλω, vel Ποσειδῶ, vel alius cujusvis dei nomen, quod religionis ergo ſupprimebant, qua de re videndi Scholiaſtes & Spanhemius. Diverſa ratione iſtud μὰ τὸν adhibet Strato in venuſtiſſimo Epigr. XLIII. ubi nomen dei non ſupprimit ex uſu illo loquendi; ſed juraturus ſe reprimit, inchoatumque non abſolvit juramentum.

εἰ μὴ Κλεόνικος ἐλεύσεται, οὐκέτ' ἐκεῖνον
δέξομ' ἐγὼ μελάθροις, οὐ μὰ τὸν . . . . οὐκ ὀμόσω.

Ad eundem modum dicebant οὐ μὰ τὴν, quod Heſychius, apud

quem perperam excuſum οὐ μάτην, exponit οὐκ ἀληθῶς, in quam gloſſam videndus Bentleius ad Menandri fragm. p. 49.

1376. ἐπειθόμην. Sic recte B. Vulgo reclamante metro ἐπειθέμην. Sunt enim juxta Scholiaſtem metricum verſus iſti omnes trochaici. In tertio μοχμὸν pes eſt trochæus per ſynizeſin duarum vocalium. Non tamen refragarer, ſi quis mallet verſum illum dimetrum jambicum dicere, & duos poſtremos ſic digerere, ut jambici itidem eſſent:

ἐπειθόμην, ἀλλ' ᾠόμην
ἂν αὐτὸν αὐτὰ λῆρεῖν.

1378. ἰδοὺ & mox ἐχόμεθα Æſchylo vulgo adſcripta, membr. tribuunt Euripidi. Prius in B. tributum Æſchylo, poſterius Euripidi. De meo cod. nihil eſt quod referam: nam deſunt in eo 154. verſus, incipiente lacuna poſt v. 1369. At in C. perſonæ multo melius indicatæ, utrique, Æſchylo ſimul & Euripidi tributis illis. Sic plane in fabulis noſtris ſæpe duæ aut plures perſonæ ſimul proloquentes paucis verbis conſenſum ſuum ſignificant.

1380. μὴ μεθεῖσθον. Sic juxta impreſſos membranæ etiam, male. Vetandi particula μὴ verbum aoriſti temporis in ſubjunctivo flagitat. Vide ad Lyſ. 1036. In B. & C. recte ſcriptum μεθῆσθον, quod reponi debet.

1381. εἰς τὸν σλαθμόν. Sic tres Regii. Vulgo ἐπὶ τὸν σλαθμὸν, eadem præpoſitionum commutatione quæ obſervata fuit ſupra ad verſ. 620.

1382. Euripidis verſus initium eſt Medeæ: Æſchyli verſus erat in illius Philoctete.

1386. ὅτι εἰσέθηκε. Sic tres Regii. Perperam vulgo ὅτ' εἰσέβηκε.

1390. ἦν ἰδού. His vocibus rurſus in C. duplex præpoſita perſona Aeſchyli & Euripidis: ſolius Aeſchyli in membr.

1391. Verſus eſt ex Antigone Euripidis: ſequens ex Aeſchyli Niobe, juxta Scholiaſtem: nam qui plenius Aeſchyli fragmentum protulerunt Stobæus & Euſtathius dramatis non meminere. Verſus ipſos ſubjungam cum Grotii verſione:

Μόνος θεῶν γὰρ Θάνατος οὐ δώρων ἑρᾷ.
οὐδ' ἄν τι θύων οὐδ' ἐπισπένδων λάβοις·
οὐδ' ἐστὶ βωμός, οὐδὲ παιωνίζεται·
μόνου δὲ Πειθὼ δεικόνων ἀπέστατεῖ.

Neſcit Deûm Mors una muneribus capi:
non ſanguis illi, non merum templo fluit,
non dulce reſonat carmen, aut aræ calent.
hanc quippe ſolam Suada non novit Deam.

1399. μοῦ 'στι ſcriptum eſt in membr. In B. μούστι. In C. μούστι. Eſt pro μοι ἐστὶ, & excudi debuit δῆτά μοι 'στί; quod cum ubivis ob perſpicuitatem præſtat, tum hic etiam ob euphoniam. Ingratum enim quid ſonat quater repetita diphthongus ου.

1400. βέλτι' Ἀχιλλεὺς δύο κύβω καὶ τέτταρα. In Euripidis deriſionem utitur hoc verſu Comicus, quem ille fecerat in Telepho, ubi heroës inducebantur teſſeris ludentes, quod epiſodium, quia theatri riſum excitaverat, poëta ſuppreſſit. Hic vero idem ſignificat, quod nobis formula e teſſerarum etiam ludo deſumta, *à vous le dé.*

1402. Verſus eſt ex Euripidis Meleagrò: ſequens ex Glauco Potnienſe Aeſchyli, cujus locum pleniorem profert Scholiaſtes Euripidis ad Phœn. p. 750. editionis præſtantiſſimi Valckenarii:

ἐφ' ἅρματος γὰρ ἅρμα, καὶ νεκρῷ νεκρὸς,
ἵπποι δ' ἐφ' ἵπποις ἦσαν ἐμπεφυρμένοι.

1405. καὶ νεκρὼ δύο. Vulgo legitur δύω. Atticis δύω uſitatum non fuiſſe obſervavit Daweſius aurei libelli p. 347. Idem adſeruit Valckenarius ad Eurip. Phœn. p. 220. Atticam formam δύο Tragicis ſæpe reſtituendam eſſe monens, partemque nobilis ex Erechtheo ῥήσεως tantillæ rei ignoratione penitus obſcuratam fuiſſe. Locus quem innuit hic eſt:

τῇ μὲν δὲ παιδὶ σὶ φανος, ἣ μία μόνη
πόλεως θανοῦσα τῆσδ' ὑπερδοθήσεται,
καὶ τὴν τεκοῦσαν, καὶ σὲ, δύο θ' ὁμοσπόρους
σώσει.

Legebatur cum fœdiſſima ſententiæ & metri labe,

καὶ τὴν τεκοῦσαν καί σε δύ' ὁμοσπόρους.

In re manifeſta ſummis viris fidem derogandam eſſe non duxi, ipſeque in eorum ſententiam conceſſi ad Eurip. Or. 857. ubi verſum ex Helena 1099. prout legi debet, protuli:

μίγας γὰρ ὠγὼν, καὶ βλέπω δύο ῥοπάς.

At ecce vir longe eruditiſſimus Regius Profeſſor, qui ſibi verba dari non facile patitur, quique callide novit, *quantum inter* DICTA & PROBATA *interſit*, (*vide not. in Soph. El.* 1024.) nos omnes ad ferulam ſuam revocat in nota ad Soph. Aj. 319. Daweſium reprehendens, quod in ſenarii Euripidei fine δύο pro δύω reponendum eſſe ſtatuerit. Jam cupisne ſcire quo argumento ille oſtendat poſteriorem formam Atticos non refugiſſe? Undenam corruptelæ tuendæ potius tela arceſſiviſſet, quam ex ipſius corruptelæ armamentario? Sic ſolent boni iſti homines mendam menda defendere, non animadvertentes vix unicum eſſe græcum vocabulum, in quo deſcribendo diverſis modis non lapſi ſint librarii. Verſum ex Comici noſtri Equitibus protulit 1347. quem ſic in impreſſis legerat:

καὶ νὴ Δία γ', εἰ δύω λεγοίτην ῥήτορε.

Sed diſcat CLARISSIMUS PROFESSOR verſum illum deinceps ſic lectum iri:

καὶ νὴ Δία γ', εἰ δύο σοι λεγοίτην ῥήτορε.

Quid mirum, ſi librorum olim deſcriptoribus, hominibus imperitis, parumque adtentis, δύω ſæpe pro δύο in calamum venerit? Hic in duobus Reg. codd. quos adhibueram, ſcriptum repereram δύω, quod mihi ſcrupulum non injecit, nec in mora fuit, quin Atticam formam reponerem. Demum in C. qui codex majoribus exaratus eſt calami ductibus, perſpicue quantum poteſt ſcriptum reperio ΔΥΟ. Hoc tibicine non indigebat mea emendatio.

1408. αὐτὸς, τὰ παιδί', ἡ γυνὴ, Κηφισοφῶν. Omnis Veneris expertium mala librariorum manus gratiam hujus verſus corruperat, copulam inſerendo, quæ nulla, aut ſaltem triplex eſſe debebat. Sic enim vulgo legitur:

αὐτὸς, τὰ παιδία, χ' ἡ γυνὴ, Κηφισοφῶν.

In B. χ' ἡ γυνὴ χὠ Κηφισοφῶν. Posteriorem copulam metrum admittere gravatur, utramque respuit sermonis venustas. Eleganter supra v. 587. Bacchus ait:

πρόρριζος αὐτὸς, ἡ γυνὴ, τὰ παιδία,
κάκιστ' ἀπολοίμην —

Confer notam ad v. 1302. Quum sic a me fuisset editum, idem etiam Reiskio placuisse vidi.

1411. ἄνδρες φίλοι. Tres Regii cum Vaticano & primariis edit. ἄνδρες σοφοὶ, quod longe præstat & reponi debuit. φίλοι primum editum fuit in officina Phil. Juntæ, nescio unde: sed mutationis causam deprehendere mihi videor. Verba hæc corrector esse credidit in vocativo, & ad chorum directa, ut ea acceperunt etiam interpretes, quos temere secutus sum. Sunt autem in casu recto, subaudito verbo εἰσί. Corrige itaque versionem etiam. *Sapientes sunt isti viri.* Nisi ita intelligatur, quî inferri possit sequens copula? *nec litem eorum discernam.* σοφοὶ retinuit prior Basileensis, & ex ea servatum fuit in utraque Veneta. Illud φίλοι prorsus auctoritate caret.

1417. πύθεσθε. Gl. ἀκούσατε. — ταδί. In C. τοδί.

1418. τοῦ χάριν; Hæc interrogatio in tribus codd. ut in edit. Bern. Juntæ, Cratandri, & Venetis Plutoni tributa est: in Aldina prorsus omissa persona: in recentioribus adscriptus Aeschylus: mihi Euripides, idque, ut reor, verisimilius: eum enim, tanquam petulantem & protervum, priorem semper in verba erumpere facit Comicus. Ejusdem debet esse personæ hæc percunctatio ac altera vers. 1424. ἔχει δὲ περὶ αὐτοῦ τίνα γνώμην. Posteriorem Aeschylo duo codd. tribuunt: unus cui consentio, Euripidi.

1420. ἑκάτερος οὖν ἂν — Vulgo inversæ voculæ cum metri labe, ἂν οὖν. Nihil ab impressis differebant prius inspecti codd. Nunc demum in C. quem restitui vocum ordinem reperio.

1428. μέγα δέ γε βλάπτειν ταχύς. Sic B. juxta impressos: A. C. μεγάλα δὲ βλάπτειν ταχύς, ut & Suidas in Σίφνιοι. Vulgatum præstuli, in quo βλάπτειν absolute positum, & μάλα γε ad ταχὺς refertur.

1431. Οὐ χρὴ λέοντος σκύμνον ἐν πόλει τρέφειν·
ἢν δ' ἐκθρέψῃ τις, τοῖς τρόποις ὑπηρετεῖν.

Inter hos verſus medius inſertus hic comparet in editt. omnibus:

μάλιστα μὲν λέοντα μὴ 'ν πόλει τρέφειν.

Parum emunctæ naris fuerunt, qui fraudem Comico factam ſtatim non olfecerunt; furcillis expuliſſent ſuppoſiticium verſum, ſi tantillum arte critica valuiſſent. Eum ſatis damnabat cum ſuamet ipſius ineptia, tum Plutarchi auctoritas, qui hanc ſententiam proferens in Alcibiade p. 21. nullam adulterini verſus mentionem facit. Sed qui ante noſtram ætatem veteres tractabant poëtas quidvis potius paſſi fuiſſent, quam unum alicui verſum eximi, etiamſi eſſet longe abſurdiſſimus. Et ſunt etiamnum boni viri, coævis ſuis adeo iniqui, ut ſi ſolœciſmum quempiam atrociſſimum perite emendemus, nos veterum ſcripta temerare clamitent: iidemque, ſi media in barbarie inſulſus aliquis librarius inter venuſtos poëtæ verſus abſoni quid INFERCIERIT, id pro genuino haberi volunt: tantum apud eos valet quatuor vel quinque plus minus ſæculorum auctoritas. Nec per eos licet a germanis ſpuria ſegregare: ſin quis id aggrediatur, ei confeſtim violatæ antiquitatis crimen intentant, quo ſi me nunc arceſſant, tam eis opto ut ineptiarum non damnentur, quam me majeſtatis abſolutum iri confido. Quippe fidejuſſores habeo tres codd. quorum ne in uno quidem vel tenuiſſimum apparet veſtigium rejecti a me verſus. Hic ſubſiſtere poſſem, ut feci in Apollonio II. 1117. Non tamen fruſtra ſatagere videbor, ſi inquiram quænam fuerit mens hominis, qui non diu multum ante Suidæ ætatem pannum hunc Comico adſuit. Scilicet quia ſententiam ſuam dixerat Euripides tribus concluſam verſibus, lepidiorem ille locum futurum credidit, ſi par Euripidi faceret Aeſchylus, totidemque verſibus ſuam proponeret ſententiam: itaque verſum illum labore non magno, ſententia nulla cudit. Arreptum eum poſtea ludimagiſtri, quum plus ſapere quam illius conditor vellent, alius eum Euripidi, alius Baccho, quin etiam alius Choro, tribuere; verecundiores nihil decreverunt. Hoc declarat poſterior pars ſcholii ad hunc locum. Pars prior usque

ad verba ἔν τισι bonæ notæ eſt, & e veterum Criticorum commentariis excerpta; ſpectatque illa tres Euripidis verſus & duos Aeſchyli, quales eos exhibent codd. & noſtra editio. Quæ ſequuntur nauci non ſunt; & tam verſus conditor quam illius interpretes fungi fuere.

1437. εἴ, τις πλεφώσας — Berglerus εἴ τις πλεφώσαι cum hac nota. *Eſt* 3. *perſ. aor.* 1. *opt. Edd. omnes* εἴ τις πλεφώσας. Recte, ô bone, editiones omnes; nec ſolum eæ, ſed etiam codd. omnes: nec aliter poëtam ſcripſiſſe manifeſtum eſt: nam cum tua tertia perſona, priori verbo alterum ſine copula ſubjici non poteſt: εἴ τις πλεφώσας — καὶ αὖραι αἴροιεν. An loquendi formam alioquin minime inſolitam Kuſterus tibi non ſatis declaraverat? Nominativus eſt abſolutus pro genitivo: εἰ, πλεφώσαντός τινος Κλεόκριτον Κιτησίᾳ, αὖραι αὐτοὺς αἴροιεν πελαγίαν ὑπὲρ πλάκα. Qui tot putidiſſimas mendas ſilentio præteriiſti, nunc demum corrigere incipis, ut quod non modo ſanum, ſed etiam elegans eſt, pervertas & corrumpas! At tibi non ita ſum iniquus, quin credam, te ineptam hanc notulam deleturum fuiſſe, ſi, antequam prelo ſubjiceretur, lucubrationem tuam retractaviſſes. De nominativo & accuſativo abſolute poſitis videndus Gregorius de Dial. Att. §. VII. & XXXV. Sæpe dubitari poteſt utro caſu, rectone an quarto, ſic poſitum ſit participium neutrum, ut in Lyſ. v. 13.

εἰρημένον δ' αὐτοῖς ἅπασι τῶν ἐνθάδε —

Sed indubitati nominativi exempla ubivis obvia. Vide Valckenarium ad Eurip. Phœn. p. 101. & ad Hippol. v. 23. Sophocl. Antig. 259.

λόγοι δ' ἐν ἀλλήλοισιν ἐρρόθουν κακοὶ,
φύλαξ ἐλείχων φύλακα.

ſed hæc tralaticia ſunt. Ariſtarchum & Apollonium nobiles Grammaticos verſum hunc & quatuor ſequentes, proindeque etiam verſ. 1452. & 1453. tanquam Ariſtophane indignos obelo notaſſe refert Scholiaſtes, quorum Kuſterus judicium probat. Utique male cohærent cum reliquis: ideo v. 1442. edidi ἕτερον μὲν οἶδα, pro eo quod in libris omnibus legitur, ἐγὼ μὲν οἶδα. Hoc ſi quis non probet, ſeptem verſus, qui tamen inſulſi non ſunt, quibusque ineſt aliquid

ὡς, εἴ τις αὐτῶν ἐλπίσιν κεναῖς πάρος
ἐξῄρεσ' ἀνδρὸς τοῦδε, νῦν ὁρῶν νεκρὸν,
σῖόμια δέχηται τἀμά, μηδὲ πρὸς βίαν,
ἐμοῦ κελεύσαντος προσλυχὼν, φύσῃ φρένας.

ordo eſt: μηδὲ, προσλυχὼν ἐμοῦ κελεύσαντος, φύσῃ φρένας πρὸς βίαν. Quod non intelleximſe Pariſinum Profeſſorem ad eum locum oſtendam.

1462. μὴ δῆτα σύ γ', ἀλλ' ἐνθένδ' ἀνίει τἀγαθά. KUSTERUS: *Metri gratia ſcribendum eſt* ἐνθάδ' ἀνίει, *ut recte habet Mſ. Vatic.* Itane, ô bone? videamus ergo quibusnam, recepta hac lectione, pedibus incedat verſus:

μη δη | τα συγ' αλλ' | ενθαδ' α | νιει | τἀ | γαθα.

In quarta ſede ſpondeus eſt: ſed concedam tibi jambum eſſe, quia ignorabas verbum ἵημι primam ſemper producere, ut obſervavi ad Lyſ. 157. Quid facies quinto pede, tam miſere fracto? ἐνθάδ' habet etiam cod. C. ſed in duobus aliis, ut in impreſſis eſt ἐνθένδ', quod genuinum eſſe facile deprehendit quicunque meum primoribus labris adtigit.

1466. πλὴν ὁ δικασῆς. Sic duo codd. & primariæ editt. Particulam γε neſcio unde adſciverunt recentiores, in quibus πλήν γ' ὁ — Pejus in C. εὖ γε πλὴν ὁ —

1469. μεμνημένος νυν — Vulgo eſt νῦν. In B. μεμνημένος νῦν δὴ τῶν — Vides voculam δὴ interpretamentum eſſe alterius νυν, quod olim ſuperſcriptum, in textum translatum fuit. Poſt verba οὓς ὦμοσας cod. C. habet in contextus ſerie πρὶν κατελθεῖν: quod aliud gloſſema eſt. V. ſeq. ad τοὺς φίλους gl. ἐμέ.

1471. ἡ γλῶσσ' — Codd. ut impreſſi, ἡ γλῶττ' — Sunt ipſius Euripidis verba, quorum forma mutari non debuit. Verſus abhinc ſecundi in fine codd. etiam habent οὔ, perperam.

1475. τοῖσι θεωμένοις. Sic membr. Vulgo τοῖς. Vide ſupra ad 286. 772. Eſt autem hic verſus parodia Euripidei verſus in Æolo:

τί δ' αἰσχρὸν, ἢν μὴ τοῖσι χρωμένοις δοκῇ;

Eundem verſum falſe in Euripidem retorſit Lais meretrix, cujus dictum ex Machone refert Athenæus p. 582. C. Verſus quia faceti ſunt, hic ſubjungam: Λαΐδα

Ακίδα λέγουσι τὴν Κορινθίαν στοὰ
Εὐριπίδην ἰδοῦσαν ἐν κήπῳ τινὶ
πινακίδα καὶ γραφεῖον ἐξηρτημένον
ἔχοντ', Ἀποκρίνει, φησὶν, ὦ ποιητά μοι,
τί βουλόμενος ἔγραψας ἐν τραγῳδίᾳ
ΕΡΡ' ΑΙΣΧΡΟΠΟΙΕ. καὶ παλαγεὶς δ' Εὐριπίδης
τὴν τόλμαν αὐτῆς, καὶ γὰρ, ἔφη, τίς μοι δοκεῖς
σὺ γ' αἰσχροποιός. ἡ δὲ γελάσασ' ἀπεκρίθη·
τί δ' αἰσχρὸν, ἢν μὴ τοῖσι χρωμένοις δοκῇ;

Verba iſta ἔρρ' αἰσχροποιὲ ſunt in Euripidis Medea v. 1346.

1477. Parodia eſt verſuum Euripidis in Phrixo, quos ſervavit Stobæus:

τίς δ' οἶδεν, εἰ ζῆν τοῦθ', ὃ κέκληται θανεῖν,
τὸ ζῆν δὲ θνήσκειν ἐστί; πλὴν ὅμως βροτῶν
νοσοῦσιν οἱ βλέποντες, οἱ δ' ὀλωλότες
οὐδὲν νοσοῦσιν, οὐδὲ κέκληνται κακά.

Id eſt, interprete Grotio, Floril. p. 494.

Quis ſcit morine vivere, atque hoc, vivere
quod nos vocamus, ſit mori? hoc certe liquet:
morbis laborat vita; qui ſummum diem
obiit, miſeriis pariter & morbo vacat.

Eadem ſententia erat in Euripidis Polyido:

τίς οἶδεν εἰ τὸ ζῆν μὲν ἐστὶ κατθανεῖν,
τὸ κατθανεῖν δὲ ζῆν κάτω νομίζεται;

& diverſis verbis in Hippolyto legitur v. 192.

ἄλλο τι τοῦ ζῆν φίλτερον, ἀλλ' ὃ
σκότος ἀμπίσχων κρύπτει νεφέλαις.
δυσέρωτες δὴ φαινόμεθ' ὄντες
τοῦθ', ὅτι τοῦτο σπίλβει κατὰ γᾶν,
δι' ἀπειροσύναν ἄλλου βιότου,
κοὐκ ἀποδείξιν τῶν ὑπὸ γαῖαν.
μύθοις δ' ἄλλως φερόμεσθα.

1479. χωρεῖτε τοίνυν, ὦ Διόνυσ', ἕσω. Sæpe cum vocativo ſingulari

verbum plurale adhibetur, quando ad plures directa oratione, unus tantum compellatur. Lyſ. 1166. ἄφετ', ὦ 'γαθ', αὐτοῖς. *Concedite illis, o bone.* Sic verti debuit, non vero *o boni.* Veſp. 975.

ἴθ', ἀντίκολῶ σ' · οἰκτείρατ' αὐτὸν, ὦ πάτερ,
καὶ μὴ διαφθείρητε.

Exempla apud Comicum noſtrum frequenter obvia. Sic etiam Latini. Terentius Adelph. circa finem:

Nunc adeo ſi ob eam rem vobis mea vita inviſa, Æſchine, eſt,
quia non juſta injuſta prorſus omnia omnino obſequor,
miſſa facio: effundite, emite, facite quod vobis lubet.

Soph. Œd. Col. 1104. προσέλθετ', ὦ παῖ, πατρί. 1112. ἐρείσατ', ὦ παῖ, πλευρόν. 1102. ὦ τέκνον, ἦ πάρεσθον; Egregie nugatur Heathius ad Philoct. v. 369. ὦ σχέτλι', ἢ τολμήσατ' —

1480. ἵνα ξενίσω σφὼ πρὶν ἀποπλεῖν. — εὖ τοι λέγεις. Vulgo legitur: πρίν γ' ἀπελθεῖν. — εὖ λέγεις. In membr. & C. ſcriptum πρὶν ἀποπλεῖν. — εὖ λέγεις. In B. πρὶν ἀπελθεῖν. — εὖ λέγεις. Primo vides particulam γε a nullo codice agnoſci: nec eam in Vatic. eſſe, cujus varietas Kuſtero non ſatis accurate indicata, quavis ſponſione contendam: tum ἀποπλεῖν cum Vat. duos Regios, eosque optimos præferre. ἀπελθεῖν nihil aliud eſt quam gloſſa. Sed laborabat metrum. In ἀποπλεῖν ex Comici uſu media produci non debet: exciderat ſyllaba, quam haud infeliciter reſtituiſſe me confido: εὖ τοι λέγεις. Vide Pac. 934. Plut. 198.

1482. Vulgo legitur μακάριόν γ' ἀνὴρ ἔχων. Kuſterus ſcribendum μακάριος ad Vat. cod. fidem cenſuit: nec tamen dicit an codex ille particulam γε habeat nec ne. In duobus Regiis ſcriptum repereram μακάριος ἀνὴρ ἔχων: eademque plane ſcriptura eſt in C. Ob codicum conſenſum μακάριος prætuli, ſtulte, ut quod res eſt dicam. Nam illud μακάριον longe elegantius non ſane correctorem ſapit: tuetur id Scholiaſtes & bene explicat, quod non animadverteram, fuitque procul dubio in codice quo uſus eſt Aldus. Quod ad particulam γε attinet, eam retinui, ut hic verſus ejusdem cum ſequentibus omnibus eſſet metri, nempe trochaicus: ſin omittatur, pro

trochaico dimeter erit pæonicus. μακάριον hîc non ſolum elegantius eſt, ſed etiam ſententiæ melius convenit, quæ generalis eſt: non enim hoc de Æſchylo dicitur, ſed abſolute: μακάριόν γε χρῆμά ἐσῖιν ἀνὴρ ἔχων ξύνεσιν, quod deinde confirmatur Æſchyli exemplo. Nihil frequentius hac ellipſi ſubſtantivi χρῆμα. Menander apud Bentleium p. 9.

εὑρετικὸν εἶναί φασι τὴν ἐρημίαν.

Ad quem verſum vide ſummi viri obſervationem. Plena locutio eſt in Lyſ. 677.

ἀπαικώτατον γάρ ἐσῖι χρῆμα κἄποχον γυνή.

Reponat itaque lector μακάριον.

1484. Supra obſervavi verſus iſtos trochaicos eſſe, quorum nonnulli crûrifragio multati fuerant. Hîc metri lex flagitat πολλοῖσιν: v. 1498. σεμνοῖσιν: v. 1490. συνετούς, non, ut vulgo, ξυνετούς. Iſta codicibus etiam refragantibus emendari debebant. In A. C. ſcriptum συνετούς.

1497. Perperam in C. σκαρηφισμοῖσι, cum gl. σκιαῖς.

1503. εἰσίν. Sic ob metrum ſcribendum: vulgo εἰσί.

1504. καὶ τουτὶ — Sic A. C. Vulgo καὶ τούτοις.

1510. κᾆν μὴ ταχέως ἥκωσιν, ἐγὼ — Sic anapæſto conſtant ſui numeri. Vulgo κᾆν μὴ ταχέως ἥκωσι. Integer verſus erat apud Suidam in δεῦρο, quod Toupius indicavit: eandemque quam reſtituimus lectionem demum reperimus in C. In B. ſcriptum ἥκωσιν, ſed omiſſum ἐγώ.

1512. In ξυμποδίσας Atticiſmum vulgo neglectum ſervant tres codices.

1513. λευκολόφου videtur hîc eſſe nomen appellativum e nomine proprio per deriſionem factum. Adimantus, de quo hîc agitur, filius erat Leucolophidæ. Xenophonti Hellen. p. 25. vocatur Ἀδείμαντος ὁ Λευκολοφίδου. Sic enim ibi legendum ad codd. fidem, non, ut perperam editum eſt, Λευκοφρείδου. Poteſt tamen etiam accipi pro nomine proprio, ſiquidem, referente Scholiaſta, Eupolis in *Urbibus* Adimantum hunc inducebat ſic de ſe loquentem:

οὐκ ἀργαλέον δῆτ' ἐστὶ πάσχειν τοῦτ' ἐμέ,
τὸν Λευκολόφου παῖδα;

1515. σὺ δὲ τὸν θᾶκον. Vulgo τὸν θρόνον, gloſſa in locum genuinæ vocis recepta, & ſic corruptis numeris. Vat. cod. teſte Kuſtero, habet θῶκον. Sed hîc, ut infra 1522. θᾶκον ſcribi debuit ex Atticorum uſu.

1517. καὶ διασώζειν. Vulgo καὶ σώζειν, profligato metro. Vide not. ad Lyſ. 408. Mendoſi ſunt in hoc verſu codd. Ab impreſſis non differunt A. B. In C. τηρεῖν ἐμοὶ καὶ σώζειν.

1522. In membr. recte ſcriptum θᾶκον: in C. θῶκον: in B. θόκον. Vide quæ de hujus nominis ſcriptura obſervavi ad Æſchyli Prom. 280. & ad Eurip. Bac. 343. & interpretes ad Luciani Jovem Trag. T. II. p. 660. θάκημα eſt apud Soph. Œd. Col. 1380.

τοιγὰρ τὸ σὸν θάκημα καὶ τοὺς σοὺς θρόνους
κρατοῦσιν —

1526. In vulgata hujus verſiculi ſcriptura nec vola metri nec veſtigium eſt: τοῖς τούτου τοῦτον μέλεσι. Numeros ad membr. fidem reſtitui. In duobus aliis ſaltem eſt τοῖσι, ſed bis omiſſum, finale. Sequens verſus in A. C. omiſſus. μολπαῖσιν ob metrum ſcribi debuit.

1532. Cleophontem tanquam peregrinum taxavit Comicus ſupra v. 678. quapropter eum hic pugnare jubet in patrio ſuo ſolo, apud Barbaros.

FINIS NOTARUM IN RANAS.

ADDENDA notis in Ranas.

233. ὑπολύριον. Hujus loci meminit Euſtathius ad Homerum p. 1165. l. 23. cujus verba haud inutile erit proferre. δόνακες διαφέρουσι καλάμων, ὅτι λεπτότατος μὲν ὁ δόναξ, παχὺς δὲ ὁ κάλαμος. καὶ ὁ μὲν δόναξ ὡς ἐπὶ πολὺ ποτάμιος, οὐ μὴν καὶ ὁ κάλαμος. καὶ δόναξ μὲν συριγμοῖς χρήσιμος, κάλαμος δὲ αὐλητοῖς, ὅθεν καί τις φαύλως αὐλῶν ὀλεσιαυλοκάλαμος ἐσκώφθη. Αἴλιος δὲ Διονύσιος εἰπὼν ὡς δόναξ ὑπολύριον, ἐπάγει· τὸ γὰρ παλαιὸν, ἀντὶ ΤΟΥ ΚΕΡΑΤΟΣ ὑπετίθεντο κάλαμον. ἐμφαίνει δὲ τοιοῦτόν τι καὶ ὁ Κωμικὸς ἐν Βατράχοις ὑπολύριον εἰπὼν δόνακα. Hinc corrigenda Pollucis verba quæ protuli, ubi perperam legitur κεράτων. Nam aliud quid in lyra erant κέρατα, *manubria*, *brachia*, quæ πήχεις appellabantur: ὑπολύριον autem, ſive e calamo ſive eſſet e cornu, vocabatur μαγάδιον. Vide Luciani interpretes ad Dial. Apollinis & Vulcani p. 222.

513. In C. A. Dukeri notis a Burmanno editis, quas nunc primum poſt impreſſas meas inſpicio, video virum illum doctiſſimum cenſuiſſe etiam verba λῃστῆς ἔχων. οὐ γάρ σ' ἀφήσω. non Bacchо, ſed Ancillæ tribuenda eſſe. At falli eum credo, quum ait ſic in aliis eſſe editt. Quod ex ipſa ſententia elicuit Scaliger, credidit ille ex alia quapiam editione eſſe petitum. In errore, quem corrigimus, conſentiunt quas inſpeximus omnes. In præcedente nota ad v. 508. putabat metrum laborare, quia non meminerat ω ου poëtas Atticos in unam ſyllabam contrahere ſolere, quod obſervavi ad Lyſ. 273. Vide Theſm. 717. Soph. Antig. 458. Œd. Tyr. 332. Œd. Col. 939.

ἐγὼ οὔτ' ἄνανδρον τήνδε τὴν πόλιν λέγων.

Exempla paſſim obvia. In nota ad v. 991. Μιλτίδαι καθῆντο. Kuſtero & Bentleio obloquitur, copulam apud Comicum retinendam eſſe ſtatuens, & apud Suidam reponendam: ſecundam enim in Μί-

λιτος corripi, quia derivatur hoc nomen a μέλι, cujus utraque ſyllaba brevis eſt. Sed nugas agit. πόλις utramque ſyllabam corripit: tamen in πολίτης media ſemper producitur, itidemque in πολιτεύομαι ſecunda. De quantitate nominis Μέλητος conſtat exemplis: vide fragm. Gerytadæ IX. Quod autem cenſet Suidæ præferendam eſſe lectionem κάθηνται, id manifeſta loci refellit ſententia. τέως ibi ſignificat πρὸ τοῦ, πρότερον, *antea*, & opponitur adverbio νῦν, quod eſt v. 980. Proinde, ut dixi, verbum non poteſt eſſe temporis præſentis.

541 – 543. Intra hos tres verſus duæ remanſerunt fœdiſſimæ mendæ. Intactas eas dimiſerat Kuſterus, & ipſe, quum textum conſtituerem, quumque deinde ſuperiores notas ſcriberem, neſcio qua mihi ob oculos objecta glaucoma, eas non deprehendi. Forte his diebus quum in hunc locum incidiſſem, quæ prius abſtruſa fuerant, in ſuperficie poſita reperi. Ne diutius lectorem morer, ſic ſcribendi hi verſus:

οὐ γὰρ ἂν γέλοιον ἦν, εἰ Ξανθίας μὲν δοῦλος ὢν,
ἐν σἰξώμασιν Μιλησίοις
ἀνατίλραμμένος, φιλῶν ὀρ-
χησῖρίδ', εἶτ' ἤτησεν —

Primus verſus tetrameter eſt trochaicus, aut eſſe debet, ut pari ſuo congruat, verſui ſcilicet 597. ſed primo pede turpiter claudicat. Præterea manifeſtum loci ſenſum non reddunt verba: *Annon ridiculum erat . . .* immo *annon ridiculum eſſet*, ut ex vi ſententiæ vertimus. Deeſt itaque hic particula ἄν, quam linguæ indoles abeſſe non patitur. Jam videamus, quid ſit in optimis vetuſtiſſimisque codicibus, quos rurſus adii, poſtquam mihi in oculos incurrerunt iſtæ mendæ. In membr. & in C. ſcriptum οὐ γὰρ γέλοιον ἦν, omiſſo illo δή, quod habent duo alii, ſed ab imperito correctore inſertum, qui verſus ſyllabarum numero, non poteſtate metiebatur. A poëta eſt ἄν, quod jam ſæpius a librariis omiſſum obſervavimus. Tertius verſus dimeter eſt, aut ſaltem eſſe debet, trochaicus: ſed tertio pede claudicat, qui pro trochæo ſpondeus eſt. Quod vulgo legitur κοὐκ

id affirmo gloſſema eſſe olim ſuperſcriptum ad declarandam vim & notionem genuinæ vocis φιλῶν. Quum enim ſciret Grammaticus φιλεῖν tria ſignificare, *amare*, *oſculari* & *futuere*, poſtrema ſignificatione hic poſitum eſſe indicare voluit. Deinde, quod cum bona illorum venia dictum ſit, qui, quomodo id fieri potuerit, non intelligunt, (vide not. ad 874.) gloſſa in genuinæ vocis locum ſe intruſit. Hoc, ſi quid eſt certi, certiſſimum eſt. Ne quis autem arbitretur aliquid me novi huc adferre, Kuſteri obſervationem ſubjungam iisdem quibus legitur verbis in copioſo & utili indice verborum, quo editionem ſuam locupletavit: ΦΙΛΕΙΝ *honeſte dicitur pro* CONCUMBERE: *pari ratione ac Gallis*, BAISER UNE FILLE. Cujus rei in exemplum citat verſum Conc. 910.

Stupendæ, ut mihi videtur, fuiſſet induſtriæ opus, ſi quis tam brevi temporis ſpatio, aliisque præterea diſtrictus negotiis, Augiæ hoc ſtabulum ita perpurgaſſet, ut nihil antiquarum ſordium remaneret. Mendæ haud paucæ, ad quas editor nullus vel interpres frontem contraxerat, acumen etiam meum fugerunt. Sed quo majorem mihi cum Comico familiaritatem affert quotidiana conſuetudo, eo facilius citiusque in oculos mihi nunc incurrunt quicunque pulcherrimo in corpore ſuperſunt nævi. Nondum typis deſcriptum erat hoc folium, verſabaturque adhuc inter typothetæ manus, quum forte aliud quid in Theſmophoriazuſis quærens, heri, dies erat 11. Maii, in verſum incidi 754.

οἴμοι τέκνον. δὸς μοι [τὸ] σφαγεῖον, Μανία.

Miratus ſui unde veniſſet articulus ille TO, quem minime requirit ſententia, quique verſum contrucidat, inducto in quartam ſenarii ſedem cretico pro jambo. Eſt in codice, in editione Juntina, aliisque: ſilent ad hunc locum Scaliger, Kuſterus, & quidquid eſt interpretum. Tu vero, amice lector, dele importunum illum articulum, ſententiæ ut metro repugnantem. σφαγεῖον ſignificat *vas, quo cæſæ victimæ ſanguis ſuscipitur.* Abſolute hic poſitum eſt, *un baſſin:* non vero definite, *le baſſin.*

1099. Multum ſe torquet Dukerus in declaratione metrorum

hujus ſtrophæ & antiſtrophæ, deceptus a Scholiaſta, qui hic plane delirat. Septimus ſtrophæ dimeter eſt trochaicus acatalectus:

ὁ τι περ | συν ε | χετον ᾖ | ῥιζειν.

Sic etiam qui illi opponitur in antiſtrophe:

αἱ φυ | σιις τ' αλ | λως κρα | τισ̃λαι.

Quî, malum, prior haberi potuit pro anapæſtico, cujus primus per trium temporum eſt, quales metrum anapæſticum nullos admittit, ſed pedes tantum quatuor temporum: quocirca proceleusmaticum non averſatur, qui tamen infrequens eſt?. Octavus in ſtrophâ & in antiſtropha, quos declaravi, non magis, quam præcedentes, formam anapæſtorum habent. Fuit Duckerus vir ſane quam doctus, præclaraque, quam in Thucydide præſtitit, opera magnam ab eruditis omnibus iniit gratiam: ſed metrorum doctrina non ſatis erat inſtructus, ut poëtas eodem ſucceſſu quo hiſtoricos tractare poſſet.

1356. Hic & ſequens verſus e Cretenſibus Euripidis deſumti ſunt. Gloſſam nomini κῶλα ſuperſcriptam protuli, ut oſtenderem veteres Criticos ei nôn eandem ſignificationem tribuiſſe quam Biſetus, id eſt pro *retibus* non accepiſſe, quibus parum convenire videtur verbum ἀμπάλλειν. Iſta notio adſciviſſet ἀμπίλασιν, ἀμφιβάλλειν vel ſimile quid.

1425. Sumtus hic verſus, teſte Scholiaſta, ex Ionis Chii Φρουροῖς. In alio ejusdem Tragici dramate, cui titulus erat Φοῖνιξ ἢ Καινεύς erat heroicus iſte verſus, quem in rem ſuam traduxit Comicus ſupra v. 706.

εἰ δ' ἐγὼ ὀρθὸς ἰδεῖν βίον ἀνέρος, ὦ πολῖται.

de Ione Chio videndus Bentleius in Epiſt. ad Millium.

IN PLUTUM.

Collata fuit hæc fabula ad quatuor eosdem codd. quí ad Ranas adhibiti fuerunt. Initio codicis C. interierunt folia aliquot, quibus continebantur præter argumentum versus fabulæ 68. primi, & scholia in 65. horum priores.

ARGUMENTUM in duobus tantum codd. exstat; in B. & in meo.

L. 1. τοὺς Ἀθηναίους. Sic meus. Vulgo omissus articulus.

L. 14. παρ' αὐτοῦ τοῦ Πλούτου. Culpari non debebat Kusterus, quod articulum, quem sermonis ratio flagitare videtur, inseruisset, in prioribus editionibus male omissum. Hunc exhibent duo mei codices.

L. 15. βουλὴν ἐβουλεύσασθε. Sic ambo codd. Vulgo βουλὴν ἔσχον.

V. 4. ταῦτα. Tres codd. ταυτά. Gloss. ὅμοια τῷ ἔχοντι αὐτόν. Nostram lectionem tuentur Scholiastes & Hemsterhusius.

17. ἀποκρινόμενος. Sic perite legendum esse vidit Bentleius: refertur enim ad proximum οὗτος. Codd. etiam ut impressi habent ἀποκρινομένου, quod pro genitivo absoluto habuerunt veteres; nec tamen satis illis constitit utro pertineret, an ad proximum herum, an ad remotiorem cœcum hominem. Hoc ostendit glossa codicis mei, τοῦ τυφλοῦ ἢ τοῦ Χρεμύλου. Sed queri non poterat servus sibi cœcum non respondere, quem nondum percunctatus fuerat.

27. κλεπτίστατον *furacissimum*. σχῆμα παρ' ὑπόνοιαν appellat Scholiastes, quum additurus videretur herus καὶ εὐνουστατον. Sed & est in ambiguo lusus. Nam, ut ille quoque observat, κλεπτίστατον significare etiam possit κερδαλέον καὶ συνετόν: vel μνστηριακώτατον. Postremam hanc interpretationem amplexus est Berglerus. Sicque non

multum differt ab eo quod Simo apud Terentium initio Andriæ libero ſuo dicit:

Nihil iſtac opus eſt arte – –
ſed iis, quas ſemper in te intellexi ſitas
fide & taciturnitate.

Sed nihil hic agitur quod Chremylus famulum ſuum ſilentio tegere cupiat. Melius vertiſſem, *callidiſſimum*, *ſollertiſſimum*. Gloſſa cod. mei φρονιμώτατον. In B. hoc ſcholion margini adſcriptum: κλεπτίστατον] ἢ ὅτι τὸν φρόνιμον οἱ Ἀττικοὶ κλέπτην ἐκάλουν. ἢ ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν κλεπτῶν τοῦτο φησί. φρονιμώτεροι γὰρ οἱ κλέπτοντες ἑαυτῶν γίνονται, ὅταν κλέπτωσιν, ἀναισχεντέμενοι παντὶ τρόπῳ συσκαλύπτειν ὅπερ ἔδρασαν. ὡς καὶ ἡ ἐτυμολογία δείκνυσι τοῦ ὀνόματος. κλέπτης γὰρ ἀπὸ τοῦ καλύπτω ἐτυμολογεῖσθαι δοκεῖ.

34. ἐκπετοξεῦσθαι, ἐκκενωθῆναι, ἀνηλῶσθαι. ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν ἐν τῇ τοξείᾳ ἀναλισκόντων τὰ βέλη. Sic bene Suidas. *βίον* hic notat τὴν περιουσίαν, *facultates*: nec ludit in ambigua ſignificatione vocis *βίος vita* & *βιὸς arcus*. Ingenioſam conjecturam ἐκπετολυπεῦσθαι ſcite ornavit Bentleius; ſed nimium ei complacita fuit. Gloſſa in codd. ὑπολαμβάνων κατηναλῶσθαι, ἠφανίσθαι τὴν περιουσίαν. Scholion marginale in B. ἐκπετοξεῦσθαι] ἐκ μεταφορᾶς εἴρηται τοῦτο τῶν τοξοτῶν, ὅταν τοξεύοντες πάντας τοὺς ἑαυτῶν οἰστοὺς ἀφῶσιν.

37. μηδὲ ἓν. Sic diviſim ſcriptum in codd. Vulgo μηδείν.

44. καὶ τῷ ξυναντᾷς δῆτα πρώτῳ; Manifeſtum eſt interrogative hæc proferri. τῷ poſitum eſt pro τίνι. In B. D. ſignum eſt interrogationis. Quod juſto argutiores quidam interpretes commenti ſunt, id tuetur gloſſa in cod. meo voculæ τῷ ſuperſcripta, τούτῳ. Sed falluntur. Nusquam memini articulum ὅς apud Ariſtophanem vidiſſe loco pronominis οὗτος: ſic quidem utuntur Tragici, ſed rariſſime. τὰ pro ταὐτὰ in Menandri verſu reliquit Bentleius p. 86. cujus emendatio ut facillima, ita certiſſima eſt:

τἀδὲ γὰρ ὁμόνοιαν τὴν πρὸς ἀλλήλους ποιεῖ.

At hic nulla eſt ratio, cur contra codd. fidem, ſenſu neutiquam meliori, ſine interrogatione legatur, καὶ τῷδε συναντᾷς δῆτα πρώτῳ.

quod ſummo viro videbatur. δῆτα centies ſic in interrogatione occurrit.

46. σκαιόταλς. Gl. ἀκαιδευτε λλθν.

48. τυφλός. Vulgo τυφλῷ. Veteres ſic locum hunc legebant: δῆλον ὁτιὴ καὶ τυφλῷ γνῶναι δοκεῖ τοῦθ'. E gloſſa in codd. ſuperſcripta hoc manifeſtum eſt, quæ ſic habet: φανερόν ἐστιν ὅτι καὶ τυφλῷ νοῆσαι δοκεῖ τοῦτο. Quod ſi quis præferat, δῆλον ὁτιὴ diviſim eum ſcribere neceſſe erit: qui autem adverbium δηλονοτιὴ retinebit, is τυφλὸς amplectatur. Hoc mihi ut & Hemſterhuſio præferendum videtur. Sed magis me conturbat iſtud δοκεῖ. Quorſum enim dicere? *vel cæcum ſibi videre intelligere.* Quidni planius, & majore ad ſententiam pondere? *vel cæcum intelligere.* Scripſerat forte Comicus:

δηλονοτιὴ καὶ τυφλῷ
γνῶναι σαφὲς τοῦθ', ὡς σφόδρ' ἐστὶ ξυμφέρον —

Nimirum vel cæco perſpicuum hoc eſt— Reſpicit enim proverbium καὶ τυφλῷ δῆλον. Poſtquam ludimagiſtri δηλονοτιὴ male acceptum, in duas voces δῆλον ὁτιὴ diviſerunt, ταυτολογίαν in his deprehendere ſibi iſi ſunt, quum δῆλον & σαφὲς tam diverſa ſint, quam μάκελλα & ἄρδοπος, ideo alterum ejecerunt, fulciendoque metro iſtud δοκεῖ, uod ego inſulſum judico, infercierunt. In tribus codd. ſcriptum μφέρον.

51. εἰς τοῦτο ῥέπει. Sic tres codd. recte. Quod in impreſſis legitur τουτὶ, a correctore eſt, ignorante vim literæ ῥ, qua præcedens vis vocalis producitur. Vide quæ in hanc rem notavi ad Eurip. 857. Æſch. Prom. 1031. Eurip. Hippol. 462. In Ione v. 530. imeter eſt trochaicus.

παῦε, μὴ ψαύσας τὰ τοῦ θεοῦ στέμματα ῥίπτε χερί.

um eſt Hemſterhuſio ignotum hoc fuiſſe, eique excidiſſe hanc am: τουτὶ] C. D'O. τοῦτο *renitente verſu.* Alia infra ad verſ. . adferentur exempla. Hîc ſcriptum in membr. εἰς τοῦτο μέπει, onuntiandi modum. Vide Orvillii Crit. Vannum p. 335.

56. ἄγε δὴ, πρότερον σὺ σαυτόν. Sic membr. concinniore quam reſſis ordine, in quibus eſt, ἄγε δὴ σὺ πρότερον σαυτόν. Verſu

ſeq. verba λέγειν χρὴ ταχὺ πάνυ, quæ vulgo Chremylo tribuuntur, cum Hemſterhuſio famulo continuavi.

58. οἰμώζειν. Scholion Mſ. οἰμώζω, τὸ θρηνῶ. ἀφ' οὗ οἴμωγὴ, ὁ θρῆνος, καὶ οἰμῶγμα οὐδετέρως παρ' Αἰσχύλῳ· (S. Th. 8.) οἰμώγμασίν θ' ὧν Ζεὺς ἀλεξητήριος. ἐκ τούτου δεκεῖ καὶ οἴμοι θρηνητικὸν ἐπίρρημα γίνεσθαι.

63. τὸν ὄρνιν, *omen*. Apollonius Scholiaſtæ laudatus, Argon. I. 304.

μίμνε δόμοις, μηδ' ὄρνις ἀεικελίη πέλε νηΐ.

62. κλάειν. Sic tres codd. non, ut vulgo, κλαίειν. Vide not. ad Ran. 654.


65. ἢν μὴ φράσῃς γάρ — Sic tres codd. Gloſſa in duobus, ἐὰν μὴ εἴπῃς. Vulgo εἰ μὴ φράσεις. Hunc verſum, qui vulgo hero continuatur, cum Hemſterhuſio famulo tribui: ei in B. præfixa fuerat perſona Pluti, quæ poſtmodo litura inducta fuit.

66. πώμαλα. Gloſſa οὐδαμῶς. Vide Heſych. in hac voce, & Cocali fragm. VI. Interrogative efferendum videtur: eſt enim negatio morata per interrogationem, ut πόθεν, de quo vide not. ad Ran. 1455.

69. ἀναθεὶς γάρ ἐπὶ κρημνόν τινα, κἄτ' αὐτὸν λιπών. (corrige typothetæ errorem qui perperam dedit αὐτῶν) Sic optime ſcriptus eſt hic verſus in membranis. Vulgo peſſumdato metro:

ἀναθεὶς γὰρ ἐπὶ κρημνόν τιν' αὐτὸν, κἄτα λιπών —

Nihil facilius nunc videbitur fuiſſe, quam genuinam lectionem reſtituere, duarum vocum transpoſitione: facillimum tamen iſtud conjectura non adſecuti ſunt viri doctiſſimi. Admiſſa Bentleii emendatione κατὰ λιπών, metro quidem proſpectum erat, ſed laborabat ſyntaxis, quod vidit Hemſterhuſius: ſed nihil melius adtulit. Tres alii codd. vulgatum habent, omnesque perſpicue κἄτα λιπών. Gloſſa in meo καὶ εἶτα ἀφείς: in B. καὶ ἔπειτα ἀφείς. In Orvillii codice ſi fuit ſcriptum καταλιπών, id errori librarii tribuendum. Jam obſervavi hominum illorum frequentiſſimum eſſe lapſum in κἄτα & κατὰ permutandis. Vide ad Ran. 1440.



73. κακόν τι μ' ἐργάσεσθε, κοὐκ ἀφήσετε. Tres codd. ut editio Bern. Juntæ, ἐργάσεσθον κοὐκ ἀφήσετον: jugulato metro. In membr. ἐργάσεσθε κοὐκ ἀφήσετον, ultima ſyllaba per compendium ſcripta. Quid pronius erat & venuſtius quam duo verba in eodem numero ponere? Aldinam lectionem retinemus. Duales iſti librariorum libidini debentur: mox v. 75. meus habet μείθεσθον.

75. In membr. μείθεσθέ μου τοπρῶτον. — ἦν μεθίεμεν. Quæ in aliis codd. voci νῦν ſuperſcripta eſt gloſſa, ἰδού, in veruſtiſſimo illo inter lineas repoſita eſt, tanquam ad textum pertinens. Sed ſic ſeptenarius pro ſenario eſſet verſus. In B. μείθεσθε νῦν πρῶτον. Solus C. germanam lectionem habet.

77. ἢ. Attice pro ἤν. Sic Lyſ. 643. εἶτ' ἀλετρὶς ἢ. Comprobatam a veteri Critico formam reliqui. IV. codd. habent ἤν παρεσκευασμένος.

81. Hic verſus vulgo Carioni continuatur. Multo melius in B. hero tributus eſt. In meo, nulla interpoſita perſona, omnia ab ὦ μιαφώταλε usque ad finem v. 82. Chremylo continuantur: quæ ratio omnium peſſima eſt.

84. ἐκ Πατροκλέους. Gl. ἐκ τῆς οἰκίας τοῦ Πατρ.— eadem ellipſi de qua ad Lyſ. dixi v. 407.

86. τουτὶ δὲ τὸ κακόν. Gl. ἤγουν τὴν τύφλωσιν.

98. πάλαι γὰρ αὐτοὺς οὐκ ἑώρακα χρόνου. Duplici nomine mendoſa Daweſio viſa fuit hæc ſcriptura; tum quia quadriſyllabum ἑώρακα poëtis Atticis uſitatum non fuiſſe credebat, tum ob productam contra Comici uſum vocalem brevem ante aſpiratam & liquidam. Quapropter optime reponi poſſe cenſebat,

πάλαι γὰρ αὐτοὺς οὐκ ὄπωπ' ἐγὼ χρόνου.

Senarius eſt ſane quam elegans, quemque pro ſuo agnoſcere non dedignaretur poëta. Daweſii perpetuus obtrectator Orvillius neque hanc calumniandi occaſionem prætermiſit, ad Charit. p. 136. ubi ut in aliis iniquum cenſorem ſe oſtendit, ita in hoc ridiculum, quod verſum illum ſupra ſoccum aſſurgere affirmet. Quî enim? undenam tragicam pompam mutuatur? Eſtne a verbo ὄπωπα? Tragicus ergo

ὀφθαλμίαν, quod oculorum quemvis morbum ſignificat, non autem ἀποβολὴν καὶ σβέσιν τῆς ὁρατικῆς δυνάμεως. Sed qui e duabus unam fecit, in prioris verſu facetum & comicum quid deprehendere ſibi viſus eſt: alioquin alterum prætuliſſet.

117. In membr. verba τί φῄς; Chremylo tributa: ſequens verſus Cariọni. Sic etiam perſonis diviſæ loquendi vices in C. quam optimam diſtinguendi rationem ingenio adſecutus eſt Hemſterhuſius, cujus hac in parte felix induſtria. Duo alii codd. omnia non famulo, ut vulgo, ſed hero tribuunt.

119. Vulgo ſic legitur hic locus:

ὁ Ζεὺς μὲν οὖν εἰδὼς τὰ τούτων μωρὰ, ἔμ᾽ εἰ
πύθοιτ᾽ ἄν, ἐπιτρίψειε.

Ab impreſſis ne minimum quidem differunt membr. In tribus aliis τὰ τούτων μωρ᾽ ἔστιν. ſuperſcripta in duobus extremo verſui gloſſa, τοὺς μωροὺς λόγους, τοὺς ἀξυνέτους λόγους. Ex his nullus ſenſus elici poteſt, nec verba ad legitimam conſtructionem redigas. Emendandi rationem partim vidit Kuſterus, cujus hæc eſt conjectura:

ὁ Ζεὺς μὲν οὖν εἰδὼς τὰ τούτων μωρὰ, (ἐπεὶ
πύθοιτ᾽ ἄν) ἐπιτρίψει με.

Jupiter equidem, cognitis ſtultis horum conſiliis, (poſtquam reſciverit) me perdet. Sic Kuſterus græca ſua vertere debebat. Sed, quod ipſum procul dubio non fugiebat, aliis diſſimulare voluit, quam inepta eſſet illa parentheſis, nihil ad ſententiam conferens, quam quod jam erat in præcedente participio εἰδώς. Sub poſtrema hac voce latebat ulcus. Legendum ſine parentheſi, plano ſenſu, molliterque decurrente phraſi:

ὁ Ζεὺς μὲν οὖν οἶδ᾽ ὡς, τὰ τούτων μωρ᾽ ἐπεὶ
πύθοιτ᾽ ἄν, ἐπιτρίψει με.

Præclaræ emendationis laudem mihi tribuere poſſem, certus neminem exſtiturum, qui eam ſibi aut alii vindicet. Sed cujus propria ſit, ingenue profitebor. Eſt ea perantiqua, & e vetuſtiſſimo codice, ut videtur, depromta. In margine codicis mei ab eadem manu, ſed atramento paulo dilutiore, ſcriptum οἶδ᾽ ὡς.

126.



126. In membr. ſic ſcriptus eſt hic verſus:

ἐὰν ἀναβλέψῃς σὺ κἂν ἐπὶ σμικρὸν χρόνον.

In tribus aliis vulgata eſt lectio, niſi quod omittunt particulam γε, ſine qua verſus ſtare non poteſt.

136. ὅτι τί δή. Gl. διαλί. Male meus ὁτιὴ τί δή; ſed idem bene v. ſeq. ut & B. ὅτι οὐδ'. Duo alii, ut vulgo, ὅτ' οὐδ'.

138. οὐδὲ ἓν — Sic disjunctim tres codd. ut ſupra v. 37. In B. ſic οὐδεὲν.

140. δἠπουθεν. Gl. in C. ἀπό τινος πόρου. Atticis nihil aliud eſt quam δηλονότι. Vide Mœrin & Timæum.

147. διὰ σμικρὸν ἀργυρίδιον. Sic B. C. ut vulgo. In membr. διὰ σμικρόν γ' ἀργυρίδιον. Particulam non admittit metrum, quia in ἀργυρίδιον antepenultima producitur. In meo διὰ μικρὸν ἀργυρίδιον, quæ vera lectio eſt & reponenda: nam σμικρὸν metrum peſſundat. μικρὸς apud Comicum ſemper occurrit priori longa. Vide Lyſ. 98. Ran. 55. Nub. 630. Acharn. 523. Theſm. 745. Equit. 1222. Veſp. 5. Verſum ſic ſcribere & dimetiri oportet:

εγω | γε τοι | δια μι | κρον αρ | γυρι | διον.

Non obſervaveram ſyllabam illam, quæ apud alios poëtas modo brevis, modo longa eſt, apud Comicum ſemper produci. Ex hujus rei ignoratione bonam quæ vulgo ferebatur lectionem v. 240. prava conjectura immutavi, auctorique vulnus grave inflixi, quod ad eum verſum declarabo.

149. τάς γ' ἑταίρας. Typographi errore in Kuſteriana τάς χ' ἑτ — quæ menda in noviſſima Batava ſervata fuit.

156. τί δέ; Sic duo codd. Alii τί δαί; ut vulgo.

159. Gloſſa: δι' ὀνόματος ἑτέρου περικαλύπτουσι τὴν ἐπιθυμίαν τοῦ ἀργυρίου.

163. Hic verſus, & qui ſequuntur omnes uſque ad perſonam Pluti, Chremylo in impreſſis continuati ſunt. In B. inter herum & famulum diviſi ſunt, paulo aliter ac eos exhibeo. Verſus hic tributus famulo: 164. hero: 165. famulo: 166. totus hero: 167. famulo: 168. hero: quod Bentleii, quem ſequor, conjecturam confirmat.

164. ὁ δὲ χρυσοχοΐ γε. Sic A. C. optime: unde liquet opinione falsum fuisse Bentleium, aut saltem bene conjeciſſe Ant. Fracinum, qui fulciendo versui particulam γε in Aldina & priore Florentina omissam, inseruit. Abest etiam in meo codice. Depravatissima est lectio codicis B. ὁ δὲ χρυσίον ἐχρυσοχοεῖ παρὰ σοῦ λαβών.

166. Vulgo sic legitur hic versus:

ὁ δὲ κναφεύει τις· ὁ δὲ πλύνει κώδια.

Statim claudicat versus in primo pede. δὲ produci non debet ante κν. Hoc vidit Daweſius, & Scholiaſte ipso præeunte, Poëtam scripsisse γναφεύει, hocque reponi debere decrevit. Illi parum verecunde oblocutus est Pierſonus ad Mœrin p. 31. his verbis: *Daweſius pro κναφεύει reponendum censet γναφεύει, quod Attici vocalem brevem ante tenues conſonantes ſequente quavis liquida ſemper corripiant. Sed* AUDIENDUS NON EST. *Iſti enim regulæ* INFINITA POETARUM ATTICORUM *adverſantur loca.* Nihil unquam temere magis & inconsiderate scriptum fuit. Primo de Poëtis Atticis universis hoc non statuit Daweſius, sed de Comicis solum & speciatim de Aristophane. Maxime autem AUDIENDUS erat. Isti enim regulæ quæ in Aristophane adversantur loca, nedum INFINITA sint, vix reperientur in senariis tria. Quod autem ad hunc locum adtinet, litem dirimit vetustissima Regia membrana, in qua distincte & perspicue quantum potest, scriptum est Γναφεύει. Sic ibi versus integer habetur:

ὁ δὲ Γναφεύει γ', ὃς δὲ πλύνει κώδια.

In duobus aliis Regiis κναφεύει γ', ὁ δὲ πλ — Meus vulgatam lectionem habet. Membranarum ὃς locum tueri non potest: genuinum est ὁ δέ γε, quod ex Orvilliano codice protulit Hemsterhusius. Male in unam confusæ fuerunt duæ diverſorum Criticorum ad hunc versum notæ. Altera sic in MS. scripta est. Τὸ κναφεύει Ἀττικῶς διὰ τοῦ κ. κοινῶς διὰ τοῦ γ. κνάφος ἐστὶν ἀκανθῶδες φυτὸν, ᾧ ξύουσι τὰ ἱμάτια. τὸ διὰ τοῦ γ, παρὰ τὴν γνάψιν· τὸ δὲ διὰ τοῦ κ, ἀπὸ τοῦ κνῶ, τὸ ξύω, γίνονται. καὶ Ὁμηρος· ἐπὶ δ' αἴγειον κνῆ τυρόν. γναφεὺς δὲ παρὰ τὴν τοῦ φάρους γνάψιν, ἤ τις ἐστὶ παρὰ τὸ γάνος, τὸ λαμπρόν. Quæ

intermixta fuere, ſunt alius Grammatici, & ſic ſeorſum exhiberi debebant: οἱ παλαιοὶ Ἀτθικοὶ διὰ τοῦ κ, κναφός· οἱ δὲ νεώτεροι διὰ τοῦ γ. Quantivis pretii eſt poſtrema hæc obſervatio, qua uti neſcivit Daweſius. Optime ſe habet, nec in ea permutatæ fuerunt ſedes elementorum κ & γ. En Harpocrationem idem dicentem: Γναφεύς. τοῦτο οἱ παλαιοὶ Ἀττικοὶ διὰ τοῦ κ ἔλεγον. κοινὸν δὲ τὸ διὰ τοῦ γ. κνάφος δέ ἐστιν ἀκανθῶδές τι, ᾧ ξύουσι τὰ ἱμάτια. τοῦτο οἱ νεώτεροι διὰ τοῦ γ λέγουσι παρὰ τὴν γνάψιν. Vetus Attica dialectus eſt ea, qua utuntur Tragici. Veteres Attici non ſolebant ρρ pro ρσ proferre; non dicebant ἄῤῥην pro ἄρσην: non ſolebant ττ pro σσ proferre; non dicebant θάλαττα pro θάλασσα: non mutabant ν in λ; non dicebant πλεύμων pro πνεύμων. Illud quidem alicubi in Euripidem intruliſſe memini, deceptus auctoritate Aldi: ſed ut *Diſcipulus eſt prioris poſterior dies*, temere id à me factum fuiſſe nunc agnoſco, quod pluribus ad Sophoclem exſequar. Ob unicam hanc rationem, quod γναφεὺς, γναφεῖον recentioris emollitæque ſint dialecti, hæc forma apud Comicum reponenda, ut & ubique apud eum legitur ἄῤῥην, θάλαττα, πλεύμων, quæ recentioris ſunt Atticiſmi, non vero ἄρσην, θάλασσα, πνεύμων, quæ ſunt dialecti veteris, Tragiciſque uſitata. Ubicunque Grammatici τοὺς νεωτέρους Ἀττικοὺς memorant, Ariſtophanem fere reſpiciunt. In Veſpis v. 1126. legitur in omnibus libris:

ἀπέδωκ' ὀφείλων τῷ γναφεῖ τριώβολον.

Ad eundem modum in Conc. v. 415. οἱ γναφῆς reponendum, pro eo quod male reliqui οἱ κναφῆς. Apud Corinthum de Dial. Att. §. LXXXV. legebatur olim τὸ κναφεῖον γναφεῖον λέγουσι. quæ obſervatio ad recentiorem Atticiſmum pertinet. Ordinem invertit Kœnius ad ſententiam Hemſterhuſii, & e ſcripti codicis auctoritate, τὸ γναφεῖον κναφεῖον λέγουσι. Nota, ſi ad hunc modum a Grammatico ſcripta fuit, ad veterem Atticiſmum ſpectat, ut & ea §. LXXXII. in qua vocum omnium ordinem invertere debuerat Kœnius, ſi ſibi conſtare voluiſſet. Antequam autem ex hoc fullonico egrediar, aliud ſcholion MS. proferam, quod in cod. C. illud præcedit ſupra a me deſcriptum, ex quo colligere eſt formas de quibus agitur

confudiſſe recentiores Græculos, nec ſatis compertum habuiſſe ad utram dialectum unaquæque referenda eſſet. Κναφεύει] γναφεύω, τὸ τὰ δέρματα ξέω. γναφεῖον, ὁ τέπης, ὥσπερ κναφεῖον. γνάφαλλα, τὰ ἀποξέσματα. καὶ γναφεύς, ὁ γνάφων. ἀπὸ τοῦ γνάφω, γναφεύω· ἄρδω, ἀρδεύω. πάντα οἱ Ἀττικοὶ ταῦτα διὰ τοῦ κ γράφουσι.

Duæ res ſunt, quas ſatis ad liquidum perduxiſſe mihi videor. Primo Ariſtophanem in ſenariis rariſſime, ſi modo unquam, vocalem brevem produxiſſe ante tenuem vel aſpiratam & liquidam. Secundo γναφεὺς & γναφεύειν, illius eſſe dialecti, qua utebantur Athenienſes Ariſtophanis ætate. Poſſremum hoc etiamſi cui dubium videretur, retineri tamen ſalva metri lege poſſet κναφεύει, ſcribendo:

ὁ δέ τις κναφεύει γ'. ὁ δέ γε πλύνει καλῶς.

ſed vera eſt lectio quam prætuli.

168. ὁ δ' ἁλοὺς γε μοιχὸς διά σέ που παρατίλλεται. ſic libri omnes, nec quidpiam mutandum eſt. *Deprehenſus in facinore adulter, quia pecuniam non habet, qua pœnam redimat, depilatur.* Sic ſupra v. 147. dixit Cario ſe propter pauxillum argenti, quod non habebat, ſervum factum fuiſſe. Sic graſſatores, fures, opifices artes ſuas ſinguli exercent propter argentum quod non habent. Alio etiam modo intelligi poteſt, verbo non factum ipſum, ſed conſilium ſignificante, vel rei ſignificatæ metum intentatum, quod familiare eſt. *Deprehenſo adultero pœnæ metus intentatur, ut argentum det, ne ipſum percurrant raphanique mugilesque.* Suſpicatur Valckenarius ad Eurip. Hippol. 415. ſcripſiſſe Comicum:

ὁ δ' ἁλοὺς γε μοιχὸς διά σέ γ' εὖ παρατίλλεται.

Non placet iteratum γε in eadem ſententia.

170. Ab hoc verſu usque ad verba ἐμπέσοι γέ σοι in v. 180. permutatæ fuerant perſonarum ſedes, quæ heri ſunt, famulo tributis & vice verſa. In B. hic verſus & 172. Carioni tributi; poſtea perſonæ minus conveniunt dictis, quia v. 173. loco ſuo motus eſt. In A. C. verſus 170. & 171. Chremylo tribuuntur: 172. Carioni; ſicque deinceps alternis loquuntur, ita ut verbis ὁ Τιμοθέου δὲ πύργος famulo tribuis, verſus clauſulâ in heri partes cedat, quod & flagitat

decori ratio. Hoc ſenſit Hemſterhuſius, ſed erroris principium non deprehenderat. — μέγας δὲ βασιλεύς. Ad rectam Attici ſermonis normam melius legeretur ὁ μέγας δὲ βασιλεύς. & v. ſeq. ἡ πολιτεία δ' οὐχί. V. 178. ἡ ξυμμαχία, metri neceſſitate coacti librarii articulum retinuerunt, quem alioquin omiſiſſent etiam.

176. Ἀγύρριος. Sic perſpicue ſcriptum in membr. ut bene edidit Hemſterhuſius, quæ ſcriptura in noviſſima etiam Batava recepta, non tamen ex Bergleri ſententia. Tres alii codd. Ἀργύριος mendoſe. De Agyrrhio, cujus memini ad Ran. 367. vide Meurſium Att. Lect. VI. 4.

178. In IV. codd. ut & in impreſſis omnibus antiquis legitur:

ἡ ξυμμαχία δ' οὐχὶ διὰ σὲ τοῖς Αἰγυπτίοις.

Typothetæ, ut videtur, errore in Kuſteri editione excuſum οὐ διὰ σέ, quod nunc primum animadvertimus. οὐχὶ reponendum, quod metri legibus quam parum inimicum ſit, ut lector intelligat, verſum in ſuos pedes diviſum ob oculos ei ponam:

ἡ ξυμ | μαχια | δ' ουχι δι | α σε τοις | Αιγυπτ | ιοις.

179. Quæ ad hunc verſum diſputat Scholiaſtes de Laïdis Siculæ ætate, non obſtant quo minus hic verſus in poſteriore Pluto primum poſitus de nobili hac meretrice intelligi potuerit: nam Archonte Antipatro nata erat annos XXXIV. Neſcimus an verſus iſte jam in priore Pluto fuerit: tum intelligi debuiſſet alia meretrix ejusdem nominis: fuere enim plures cognomines, nec neceſſe eſſet nomen mutare in Ναΐς. Meretricem hic intelligi Corinthi degentem, ſive nobilem illam Siculam, ſive aliam, veriſimile eſt e v. 303. De Laïde Sicula ejusque filia, quas imperite confundunt compilatores noſtri, videndus Perizonius ad Æliani V. H. X. 2.

181. Hic & ſequentes quatuor verſus in membr. Chremylo continuati, non interpoſita Carionis perſona. In B. ubi præcedens hemiſtichion ob unius verſus transpoſitionem famulo tributum, hic præfixa perſona heri, cui continuati etiam quatuor ſequentes verſus. In C. hic & duo ſequentes famulo tributi: 184. & ſequens hero. Meus impreſſis concinit.

256. ἦ δεῖ παρόντ' ἀμύνειν. Sic bene Hemſterhuſius ad metri legem, licet refragantibus libris, qui habent omnes παρόντας. Cum ſingulari παρόντα ſubauditur τινὰ vel σέ. Qui Chorum alloquuntur, modo tanquam unicam perſonam, modo tanquam plures compellant. Sic etiam Chorus de ſe loquens, utroque numero ſæpe in eadem phraſi utitur, ut mox infra v. 281.

267. ψωλόν. Diverſæ ſunt ad hanc vocem gloſſæ: in meo ἐσπασμένον: in B. κηλήτην: in C. ἀσχημόνως κηλήτην.

268. πάλιν φράσον μοι. In tribus codd. omiſſa vox πάλιν, quam habet meus, ſed alieno loco poſitam, ſic: φράσον μοι πάλιν. Sincera lectio eſt in utraque Florentina: Venetæ quæ ex Baſileenſi priore expreſſæ fuere non habent πάλιν. Conferri poteſt locus hic Plauti in Merc. III. 4. 53.

CH. qua forma eſſe aiebant? EU. ego dicam tibi:
canum, varum, ventrioſum, bucculentum, breviculum,
ſubnigris oculis, oblongis malis, panſam aliquantulum.
CH. non hominem mihi, ſed theſaurum neſcio quem memoras mali.

277. ἐν τῇ σορῷ νυνὶ λαχὸν τὸ γράμμα σου δικάζειν. Nominativus eſt abſolutus pro genitivo, qua de re ſupra ad Ran. 1437. In meo ſuperſcripta participio λαχὸν gloſſa λαχόντος, quam in C. textus exhibet: ibi enim ἐν τῇ σορῷ νυνὶ λαχόντος τὸ γράμμα — In poſteriore Baſileenſi excuſum fuit, conſilione an caſu neſcio, λαχών. In Florentina ſcholiorum editione, ſemel occurrit λαχὼν, typothetæ, ut videtur, errore. Nihil iſta contra antiquam lectionem valent. Sed idem maſculinum participium tuentur duo codd. Hemſterhuſio adhibiti, quorum auctoritati magnum accedit pondus e Daweſii obſervatione, p. 124. *Verbi* λαχεῖν *notionem apud ſcriptores Atticos neutram non eſſe*, ſorte obveniſſe; *ſed activam duntaxat*, ſortitum eſſe. Quod & mihi verum eſſe videtur; proinde λαχὼν reponi velim. V. ſeq. pro σὺ δ' οὐ melius forte legeretur σύ γ' οὐ —

279. μόθων. Gl. λίαν ὑβριστής. Schol. Mſ. Μόθων] φλύαρος, αἰσχρὸς, ἄτιμος, φορτικὸς, δουλοπρεπὴς, ἀπὸ Μόθωνός τινος αἰσχροποιοῦ. Sic vocabatur etiam ſaltatio quædam indecora, quo ſenſu

currit hæc vox apud Eurip. Bac. 1048.

ὦ ξέν', οὐ μὰν ἔσλαμεν,
αὐτὰ ἐξικνοῦμαι Μαινάδων ὅπου μόθων.

jus loci non meminit Meurſius in Orcheſtra.

285. ὃς ὑμᾶς πλουσίους ποιήσει. Sic IV. codd. bene, quod jam preſſum fuerat in editt. aliquot, nec ſpernere debebat Hemſterhuſ. Sup. v. aliquot editt. male ὦ ἄνδρες ſine eliſione. Primaria recte ἄνδρες.

286. ἅπασιν ἡμὶν εἶναι. Hoc ordine collocatæ voces etiam in dd. ſed peccant in accentu. Probabile eſt poëtam reliquiſſe ἡμῖν ασιν εἶναι.

287. Μίδας accuſativus eſt pluralis pendens a verbo εἶναι ſupeoris verſus, integra ſic inſtituta ſyntaxi: νὴ τοὺς θεούς, ἐσθ' μὲν οὖν ἂν Μίδας γίγνεσθαι, ἢν ὦτ' ὄνου λάβητε. Minime neceſſe eſt cum ıſtero Μίδαις ſcribere, *ut reſpondeat dativo præcedenti* πλουσίοις. trumque caſum admittit græcus ſermo, ut & latinus. Perinde enim citur: *Nobis non licet eſſe tam diſertis:* & *eſſe tam diſertos.* Vinot. ad Lyſ. 179. Caſu, arbitror, non ex Hemſterhuſii ſententia, cuſum fuit in illius editione μὰ τοὺς θεούς. Libri omnes habent νὴ, iod & ſententia flagitat. Vide infra ad 764.

290. Species quædam erat ſaltationis, Κύκλωψ dicta, de qua de Meurſium in Orcheſtra.

295. ἀκρατιεῖσθε. Eſt ab ἀκρατίζεσθαι ſecunda longa, quia deritur ab ἄκρατος. Significat *jentaculum*, ſeu *matutinum cibum ſuere.* Vide fragm. Inc. XXXVI. & Athen. p. 11. Confuderunt hoc rbum veteres Critici cum alius derivationis & ſignificationis verbo ρατεύομαι, quod eſt ab ἀκρατὴς. Vim verbi non ſatis accurate redt Bergleri verſio, quam inconſiderate retinui, *laſcivite.* Senſus eſt: *rectisque veteris, ut hirci, jentate.* Quia nimirum hirci τὰ ἑαυτῶν δοῖα λείχουσι. Gloſſa: λείχετε τὰ αἰδοῖα δηλονότι. Sup. v. male in ıobus codd. ſcriptum κιναβρώντων. Aldina lectio κιναβρώντα μέλλων anifeſto vitioſa eſt. Quid in codice, quem ob oculos habebat, ſignicaret ſcriptura, non intellexit typotheta. Ibi ſcriptum erat κιναβρώντες

μίλη. Superne additum ων correctio erat ad priorem vocem pertinens, indicansque legendum esse κινεῖρώντων. Versus κινεῖρῶντα non admittit, ita ut ne dubitationi quidem locus sit, utra lectio praeferri debeat.

297. πινῶντα. Sic vere Bentleius. Vulgo πιεσῶντα. Vide not. ad Lys. 277. Pro ζητήσομεν idem vir doctissimus legendum censet ζωώσομεν, cui hac in re non adsentior. Connectuntur ζητήσομέν σε ἐκλυφλῶσαι.

298. Vulgo legitur λάχανά τ' ἄγρια δροσερά, καὶ κραιπαλιῶσα. Illud καὶ versum perimit. Quae participio subjici debebat copula τε in καὶ mutata ei ab imperito librario praefixa fuit. Hanc quoque praecepit emendationem Bentleius.

301. σφηκίσκον. Sic codd. omnes. Gl. δικλόν. Sic etiam legebat Eustathius, cujus haec sunt verba p. 897. l. 57. ἀπὸ δὲ τῶν σφηκῶν, οὐ μόνον σφηκίσκοι ἀριθμητικὸν σχῆμα, ἀλλὰ καὶ ξύλα μικρὰ εἰς ἓξ συντιγμένα. Utrumque σφηνίσκον & σφηκίσκον eadem significatione in usu fuisse videtur. Prius reponi volebat Bentleius.

306. μιμήσομαι πάντας τρόπους. Sic, ut Reg. membr. primariae duae editt. quas sequuntur prior Basileensis, Venetae duae, & Parisina Wecheli. In C. πάντας τοὺς τρόπους. Duo alii πάντα τρόπον: quam lectionem primus imperite vulgavit Ant. Fracinus qui Phil. Juntae heredum curavit editionem. Bis in metri legem peccat. Ultima in πάντα produci non potest ante literas τρ. Vide Ran. v. 618. Eodem modo Nub. 701. male legebatur πάντα τρόπον, ubi edidimus πάντας τρόπους. Tum dimetrum jambicum syllaba brevi terminare non licet, nisi a sequenti versu adjuvetur. Vide ad Ran. 984.

325. Vulgo metro prorsus pessumdato sic legitur hic versus:

καὶ συνίστασμένους κ' οὐ κατεβλακευμένους.

ubi in quarta sede dactylus est & in quinta creticus. Parum musicas Hemsterhusii aures ista non offenderunt: at nos sinceram lectionem e membranis reponimus, in quibus distincte & perspicue scriptum συνίσταμένους & κατεβλακευμένους. In C. καὶ συντεταγμένους (gl. μετὰ τάξεως) καὶ οὐ κατεβλακευμένους. (gl. ἀντὶ τοῦ βραδέως καὶ τρυφερῶς) In

meo καὶ συντεταμένως (gl. σπουδαίως) καὶ καταβεβλακευμένως (gl. ῥαθύμως.) Vides primum tria hic cumulari adverbia ejusdem significationis ῥᾳθύμως, συντεταμένως, οὐ καταβλακευμένως. Nihil ad rem facit quod vulgo legitur τὸ συντεταγμένως. Quod dedimus confirmatur auctoritate duorum codd. eoque referuntur etiam veterum Criticorum in editis ſcholiis interpretationes σπουδαίως, γοργῶς. Alterum καταβλακευμένως tuentur itidem duo codd. quibus accedit metri lex, quae τὸ καταβεβλακευμένως reſpuit, & Atticorum uſus, qui in praeterito plerorumque verborum a duplici conſonante incipientium primam non geminant, qua de re vide not. ad Lyſ. 291. Sic Theſm. 131. καὶ κατεγλωττισμένον, non καταγεγλωττισμένον.

327. ὄντως. Sic tres codd. recte. In C. librarii errore ὄντος, cum gloſſa κατ' ἀλήθειαν. Perperam Aldus edidit ὄντες, quod recte correxit Bern. Junta. Verſum hunc nuper advocavit, neſcio quam opportune, ad Sophoclis Œdipum T. 612. Vir Cl. ut ſuſpectam apud Thucydidem H. Stephano ſcripturam, tanquam bene graecam tueretur. Locum Thucydidis non adtingo: id ſolum obſervo, pro mendoſo eum habendum eſſe, ſi nullo alio exemplo defendi poſſit. Hac autem occaſione Clariſſimum Profeſſorem monebo, receptum jam eſſe morem, ut ſi quis Criticum agat, is optimis claſſicorum auctorum editionibus utatur, ne nobis veteres ſordes, ex emendatis libris jamdudum ejectas, identidem oggerat: ludibriumque eruditis omnibus eum debere, qui criticam facere velit, & Hemſterhuſii Plutum ne quidem noverit. Hæc illi editio inſpicienda erat, antequam verſum hunc citaret, alterumque illum, cujus eum ſcanſionem docui in nota ad Theſm. 56.

328. ἄρην. Lectio eſt trium codd. In membr. ἄρη.

329. οὕνεκα liquido ſcriptum in quatuor codd. Vide not. ad Lyſ. 74. Perperam impreſſi hic, ut multis aliis in locis, εἵνεκα. His editionum mendis inductus Vir in arte critica praeſtantiſſimus Clar. Pariſinus Profeſſor in nota ad Sophoclis Antig. 1255. in dubium vocat Daweſii obſervationem, ει pro η Atticos non agnoſcere.

331. *παρείην τῳ λαβεῖν.* Male vulgo excusum *τῷ*. Accentu caret in membr. vocula. In tribus aliis superscripta glossa *τινί*.

340. *τοῦτ' αὐτὸ θαυμάσιον ὅπως.* Vulgo *θαυμασίον χ' ὅπως*. Mendosissime. Copula sic inserta nihil absurdius. Tres codd. ut editio Bern. Juntæ, *θαυμασίον ὅπως*, metro claudicante, nisi forte brevis syllaba producatur ob sequentem aspirationem, quod mihi probabile non est. In meo codice perspicue scriptum *θαυμασίον γ' ὅπως*, quod reponere debebam, lectorique ut reponat suadeo. Scriptura Aldini codicis ex illa depravata, quod & accentus ostendit. Similem librarii errorem χ pro γ ponentis alicubi supra observare memini. *καὶ ὅπως* apud Comicum semper coalescunt in *χὤπως*. Fraudi mihi fuit in margine libri mei enotata Pierſoni emendatio prolata ad Mœrin p. 188. quam pro varia codicis lectione habui.

353. *καί μ' οὐκ ἀρέσκει.* Glossa in codd. *ἐμοί*, quod ad sensus declarationem valet, sed quod ad syntaxin accuratum non est. *μ' οὐκ ἀρέσκει* est pro *οὐκ ἀρέσκει με*. Verbum hoc cum accusativo personæ construitur. Vide Lys. 509. Ran. 103. Sup. v. ad *φερτίον* glossa *τὸ πρᾶγμα*.

355. *πρὸς ἀνδρός.* Præpositioni superscripta in codd. glossa, *περισσόν*. Falsum est. In eodem errore, a Scholiasta reprehenso, versatur Corinthus de Dial. Attic. §. XLV. ubi meliora tradit Kœnius. *πρός τινος εἶναι* quidpiam dicitur, *quod partium & officii alicujus est, quod alicui convenit*. Vide Thesm. 177. Ran. 540.

356. *πῶς οὐδὲν ὑγιές;* Vulgo *πῶς δ' οὐδὲν* — Inutilem particulam omittunt quatuor mei codd.

365. *εἶχεν τρόπων.* Vulgo claudicante versu *εἶχε*.

366. *μελαγχολᾷς ἄνθρωπε.* Sic tres Regii, recte. Vocativis omnibus solebant, qui olim inter codicum lineas glossas scribebant, superponere ὦ, inepte plerumque, ut hic, ubi ipsa terminatio nominis casum indicat. In B. scriptum in textu *ἄνθρωπε*, & superpositum ὦ. Inde orta diversa lectio, quæ in impressis exstat *ὦ ἄνθρωπε*.

373. *οὐδὲ μὴν — γε.* Tres sunt particulæ, quæ aggregari so-

lent. Perperam in impreſſis οὐδιμὴν excuſum. In membr. & in meo diviſim ſcriptum οὐδὲ μὴν —

374. ποῖ τις ἂν τράποιτο; Sic in Kuſteri editione exſtat, caſune an illius ex ſententia neſcio. Ante eum impreſſis in omnibus legebatur ποῖ τις οὖν τράποιτο. Soloecam formulam Hemſterhuſium revocaſſe, ſimulque ignoraſſe eam græcæ linguæ ingenio adverſari, profecto miror. A vulgatis nihil discrepant codd. Vide Daweſium p. 207. ad hujus fabulæ v. 438, ubi gemella erat menda.

380. Hic & ſequens verſus ſic vulgo legebantur ante Hemſterhuſium:

καὶ μὴν φίλος γ' ἄν μοι δοκῇς, νὴ τοὺς θεούς,
τρεῖς μνᾶς ἀναλῶσας γε λογίσασθαι δώδεκα.

Bene ille pro δοκῇς e codice δοκεῖς repoſuit, & in altero verſu particulam γε expunxit. Sed ne ſic quidem locus erat perſanatus: nec ſatis intelligebat eruditus Batavus quid ſibi vellet nominativus iſte φίλος, quove nexu cum ceteris orationis partibus cohæreret. In membr. ſcriptum καὶ μὴν φίλως γ' ἄν μοι δοκεῖς. In C. etiam φίλως cum gloſſa προσφιλῶς. In B. φίλος ſuperſcripto ω. Meus in eo ab impreſſis differt quod δοκεῖς habet. Senſum verſio expedit. Ordo eſt: καὶ μὴν δοκεῖς μοι, νὴ τοὺς θεούς, τρεῖς μνᾶς ἀναλώσας, φίλως ἂν λογίσασθαι δώδεκα. Faceta, manifeſtaque ironia. Particula ἂν ad verbum infinitivum λογίσασθαι pertinet, non vero ad δοκεῖς. In hac conſtructione ſæpe peccarunt librarii. Succurrit locus in Veſp. v. 1198.

ποῖον ἂν λέξαι δοκεῖς
ἐπὶ πιότητος ἔργον ἀνδρικώτατον;

Quidnam tibi videris narraturus? Particula ἂν ad verbum λέξαι pertinet, cui ſignificationem futuri tribuit. Ibi male codd. alter δοκῇς, ut hic in duobus ſcriptum eſt. Av. 1652.

ἢ. πῶς ἄν ποτε
ἐπίκληρον εἶναι τὴν Ἀθηναίαν δοκεῖς,
οὖσαν θυγατέρ', ὄντων ἀδελφῶν γνησίων;

id eſt πῶς δοκεῖς τὴν Ἀθηναῖαν ἐπίκληρον ἂν εἶναι, *futuram eſſe*, vel *eſſe poſſe*. In altero verſu particulam γε nullus agnoſcit cod. Si modo

huſius ὡς τὸ πρότερον. Emendate in A. B. ſcriptum ἐνί γε τῳ — non, ut vulgo, τῷ. Idem eſt ac Theſm. 430. μιᾷ γέ τῳ τέχνῃ.

408. Deficit ars, ubi illi merces ſua non eſt.

417. Ηράκλεις. *Hercules te invoco.* Ut ἀλεξίκακον, & monſtrorum domitorem. Vide Plautum Moſtell. II. 2. 94.

427. IV. codd. λευθόπωλον. In Lyſ. 562. Regiorum alter habet etiam λέυθον. Duo alii recte λέυθον. Vide Foëſii Œcon. Hippocr. in hac voce.

432. λέγειν σ' ἐχρῆν αὐτίκα. Pronomen omiſſum eſt in tribus codd. ut in duabus primariis editionibus: inſertum fuit ab Aut. Fracino: λέγειν ἐχρῆν σ' αὐτίκα. Nos codicem B. ſequimur, ubi pronomen eandem quam hic ſedem tenet.

438. ποῖ τις φύγῃ; Codd. ut impreſſi φύγοι. In C. ſuperſcriptum ἄν. Scilicet ſignificare voluit gloſſæ auctor particulam ἄν hic requiri, & ſubaudiri, quod partim verum, partim falſum. Requiritur illa quidem cum optativo, ſed omitti non poteſt. Scriptum oportuit vel ποῖ τις ἂν φύγοι; vel ποῖ τις φύγῃ; Prius quum metrum non admittat, alterum a poëta eſſe certo certius eſt. Vide Daweſium loco ad v. 374. laudato.

441. ἄνδρε δύο. Sic recte, ut impreſſi, membranæ. Perperam in tribus aliis δύω. Vide not. ad Ran. 1405. Omnes φεύγωμεν: in membr. ſuperſcriptum ω, indicium var. lect. φεύγωμεν: ſed prava illa eſt.

450. ποίαν ἀσπίδα (corrige typothetæ errorem). Sic optimæ primariæ editt. In A. C. θώρακα, καὶ ποίαν ἀσπίδα. In B. θώρακα ἢ ποίαν ἀσπίδα. Meus, ποίαν δ' ἀσπίδα, quæ lectio eſt poſterioris Florentinæ. Metro quidem non repugnat, ſed frigida eſt. Multum vigoris orationi decidit ſi quavis particulæ membra connectantur. Hoc non ſenſiſſe Hemſterhuſium!

453. προπαῖον ἂν σήσαιτο. Sic bene Kuſterus e Suida in πρόφασις, ut & perite emendaverat Bentleius ante inſpectum Grammatici locum. Sic etiam perſpicue & diſtincte ſcriptum in meo & in B. Soloœca eſt aliarum editt. lectio, verſumque minus numeroſum reddit

τροπαῖον ἀνεθήσαιτο. In Theſm. 696. exſtat: οὐ πολλὴν βοὴν εἰσῆσεθ᾽ καὶ τροπαῖον. Sæpe ex proprietatis ſermonis & metricarum legum ignoratione particulam ἂν vim ſuam nativam exſerentem, verbis ſimplicibus, tanquam præpoſitionem, adnexuerunt librarii cum ſententiæ vel metri detrimento. Vide not. ad Lyſ. 912. & ad Eurip. Phœn. 514. Re conſideratius penſitata nullum mihi ſupereſt dubium, quin depravata fuerit eodem modo lectio in Lyſ. v. 384. ibique ſcripſerit poëta:

ἄρδω σ᾽, ὅπως ἂν βλαστάνῃς.

461. ἀγαθὸν πορίζομεν. Sic recte Bentleius. Cod. meus immodulate, ut vulgo, πορίζομεν ἀγαθόν. Pejus alii omnes: membran. ἐκπορίζομεν ἀγαθόν. C. ἐκπορίζομεν ἀγαθόν. B. ἀνθρώποισιν ἐκπορίζομεν ἀγαθόν.

462. τί δ᾽ ἄν γ᾽ ὑμεῖς ἀγαθὸν ἐξεύροιθ᾽; — ὅ τι; Prava hæc editionum lectio me imprudente irrepſit. Verſum perite emendaverat Bentleius:

τί δῆτ᾽ ἂν ὑμεῖς ἀγαθὸν ἐξεύροιθ᾽; — ὅ τι;

Longeque hoc concinnius eſt Orvilliani codicis ſcriptura, τί δ᾽ ἄν ποθ᾽ ὑμεῖς; — In IV. codd. τί δ᾽ ἂν ὑμεῖς — δῆτ᾽ mutatum fuit in δ᾽.

468. τοπρῶτον αὐτή. Vulgo legitur αὐτοῦ, conſentientibus etiam codd. In C. ſuperſcripta gloſſa: τοπικὸν, ἢ μᾶλλον χρονικόν. Sive loci, ſive temporis ſit adverbium, ineptum eſt.

470. δι᾽ ἐμέ τε ζῶντας ὑμᾶς — figura ἀποσιώπησις, ut Theſm. 536. Omiſſam ſententiæ partem bene ſupplet gloſſa in meo codice, παύσασθε τῆς ἐπιχειρήσεως. In C. ἐάσαλε δηλονότι. quod in verſione ſequi debueram: *ab incepto deſiſtite.*

471. τοῦθ᾽ ὅ τι ἂν ὑμῖν. Sic quatuor codd. bene. Vulgo ὅ τι γ᾽ ἄν —

476. Hic verſus in quatuor codd. Chremylo tribuitur. Verſum 478. tribuunt Blepſidemo A. C. duo alii Chremylo. In v. 477. B. C. πρὶν ἂν μάθοις. V. 481. verba καλῶς λέγεις ejusdem perſonæ eſſe debent, cujus fuit præcedens quæſtio τί δῆτα — in tribus codd. Chremylo tributa ſunt.

482.

482. ἐὰν ἡτῆσθε. Sic codd. & vett. editt. In recentioribus metro claudicante ἄν. Illud jam repoſuerat Hemſterhuſius.

505. IV. mei codd. exhibent οὐκοῦν, non οὔκουν: & v. ſeq. ſuperſcripta textus verbis ὁδὸν ἥντιν' ἰὼν gloſſa in C. μέθοδον ἥντιν' ἐλθὼν ὁ Πλοῦτος. Unde liquet non aliter iſta veteribus ac nobis intellecta fuiſſe.

511. οὔτ' ἂν σοφίαν. Vulgo claudicante verſu οὔτε σοφίαν. Particulam ex Orvilliano cod. repoſuit Hemſterhuſius.

513. ἢ τροχοποιεῖν. In priore Pluto, quem intemeratum habuiſſe videtur Pollux, pro hoc verbo erat ζυγοποιεῖν, quod ille ex Ariſtophanis Pluto citat VII. 115.

514. ἢ σκυλοδεψεῖν. Vulgo legitur ἢ σκυτοδεψεῖν corrupto prorſus metro. Eſt hoc in A. B. In C. D. gloſſa genuinæ vocis locum invaſit, βυρσοδεψεῖν. Vera lectio eſt σκυλοδεψεῖν, quam ex Bentleii Kuſterique ſententia jam repoſuerat Hemſterhuſius. In σκῦτος prima longa eſt; in σκύλον brevis. Conc. 432.

τὸ σκυτοδρομικὸν πλῆθος. οἱ δ' ἐκ τῶν ἀγρῶν.

ibid. 420.

εἰς τῶν σκυλοδεψῶν· ἣν δ' ἐπικλίνῃ τὴν θύραν.

Vide not. ad Theſm. 56.

521. Scholion in C. ἐπὼν ἐκ Θετταλίας, ἐπήγαγε, παρὰ πλείσσιν ἀνδραποδισθῶν. δεικνὺς ὅτι τὸ τῶν Θετταλῶν γένος λῃστείαις ἐχρῆτο καὶ ἀνδραποδισμοῖς· ἀφ' ὧν οἱ ἔμποροι ἀνδράποδα ὠνούμενοι εἰς τὰς ἑτέρας ἐπώλουν ἠπείρους.

528. οὔτ' ἐν δάπισιν. Sic bene apud Suidam in δάπιδας, & in ſcholiis ad Veſp. v. 676.

ὄρχας, οἶνον, δάπιδας, τυρὸν, μέλι —

Occurrit eadem vocis forma Concion. 840.

κλῖναί τε σισυρῶν καὶ δαπίδων πεπασμέναι.

Vulgo οὔτε τάπησιν. In IV. codd. οὔτ' ἐν τάπησι.

531. τούτων πάντων ἀπορουῦσι. Sic optime Regius B. In membr. πάντων τούτων ἀπορουῦντα: in meo, ut vulgo, ἀπορουῦμας. Depravatiſſima in C. lectio, quæ gloſſæ ortum debet; πλουτεῖν ἐᾷ πάντων

τούτων ἀποφῆτις. Dativum e græci ſermonis uſu præfert hîc etiam Valckenarius, quem vide Diatr. Eurip. pag. 150. Illius judicio non minus tribuiſſem auctoritatis quam veteri chartæ. Phocylidis verſus apud Stobæum, quos e Floril. Grotii p. 355. raptim deſcriptos in Anal. Vet. Poët. Gr. intuli T. I. p. 78. ſic exhibendi erant:

καὶ τόδε Φωκυλίδου· Τί πλέον, γένος εὐγενὲς εἶναι,
οἷς οὔτ' ἐν μύθοις ἔπεται χάρις, οὔτ' ἐνὶ βουλῇ;

545. ἀντὶ δὲ θράνου. Vulgo θράνους. Illud repoſitum e Polluce X. 48. καὶ εἰ θράνοι δὲ, δίφροι ἂν εἶναι δοκεῖεν, εἰπόντες ἐν Πλούτῳ Ἀριστοφάνους· ἀντὶ δὲ θράνου, εἰλάμνου κεφαλὴν — Gloſſa in meo θρόνου: in C. ὑποποδίου, quæ vera eſt. Vide Ran. 121.

547. αἴτιον οὖσαν. Peſſime vulgo corruptis numeris legitur αἰτίαν οὖσαν. Hoc monuit Bentleius: ei Hemſterhuſius ad tuendam vulgatam lectionem opponit verſum e Nub. 330. cujus depravata etiam ferebatur lectio, certiſſime a nobis emendata.

548. τὸν τῶν πλωχῶν δ' ὑπεκῤῥύσω. Articulum utrumque τὸν τὸν exhibent tres codd. editionesque primariæ. Alterum in neſcio qua recentiore typographi culpa omiſſum, ex illis revocare noluit Kuſteri levitas, futilemque conjecturam prætulit τὸν δὲ πλωχῶν. Cautiores fuere Hemſterhuſius & Berglerus. Geminam admiſit culpam librarius qui codicem C. deſcripſit, in quo alter etiam articulus omiſſus: εἴρηκας, τῶν πλωχῶν δ' ὑπεκρούσω. Gloſſa verbo ſuperſcripta, αἰνιγματωδῶς ἀπήχησας: in meo ὠνείδισας. Quod autem Pollux IX. 139. huc reſpiciens ἐπεκρούσω legiſſe videatur, id forte librariorum errori imputandum, quibus familiare præpoſitiones ἐπὶ & ὑπὸ in verbis compoſitis commutare, quod nobis obſervatum fuit ad Ran. 366. & 874.

558. οὐ γιγνώσκων. Sic membr. Impreſſi γινώσκων.

560. ἀστιλγῶς. Gloſſa in C. ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν λίαν πίονες. In meo λιπαροὶ ἀτόπως. *Immodice*, *ſupra modum*. Heſych. ἀσιλγὴς, ἀκόλαστος, ἀκάθαρτος. ἔστι δὲ ἀστιλγὴς, ὁ μέγας, ἢ σφοδρὸς, ὡς Πλάτων, ἀστιλγόκειρων, τὸν μεγαλόκειρων. Confer Suidam in ἀστίλγεια.

566. Numeros hujus verſus reſtitutos vides e membr. in quibus

ne una inverſa litera ſic ſcriptus eſt ut eum exhibeo, utque jam emendari eum poſſe monuerat Hemſterhuſius. Nec obſcura, nec frigida eſt ſententia. Jocus eſt, quales ſunt apud Comicum infiniti, ex ambigua ſignificatione nominis κόσμιος petitus, quod *modeſtum hominem*, *rem decoram*, ſignificat; tum etiam *hominem comem*, *aliis non gravem*, *rem bene ordinatam*. Sane qui clam & latenter aliquid facit, ideo κόσμιος dici poteſt, quod aliorum tranquillitati officere non videatur, ſpeciemque præbeat hominis εὐτάκτου, *compoſiti*. Per αὐτὸν ſignificat τὸν κλέπτην, quod nomen a præcedente verbo κλέπτειν adſumendum. Quæ figura paſſim obvia. Sic ſupra v. 503. ἀδικῶς αὐτὰ ξυμλεξάμενοι. Ubi αὐτὰ nomen ſubſtantivum ſignificat adfine præcedenti verbo πλουτοῦσι, & ex eo adſumendum, nempe τὰ χρήματα.

567. τοίνυν ἐν. Sic IV. codd. omiſſa, quæ vulgo inſeritur particula.

573. ὅτι γε ζητεῖς. Sic A. B. In meo ὅτι ζητεῖς: ſic etiam in C. niſi quod addita inter lineas ab eadem manu litera ἡ, ut ſit ὁτιὴ, quod non minus placet. Sæpius enim quam vellem recurrit in his verſibus particula γε.

580. ταύτην δ' ἡμῖν. Hæc verba abſurde vulgo Chremylo continuantur, qui ſi Paupertati pergeret loqui, non ταύτην, ſed σὲ diceret. Sunt Blepſidemi, quod acute vidit Bentleius.

581. κρονικαῖς λήμαις ὄντως λημῶντες. Sic recte IV. codd. Vulgo κρονικαῖς γνώμαις. Mendoſe in meo ex frequenti commutatione literarum η & υ, ſcriptum λύμαις, cum gloſſa τζιμπλαις. Vide *Car. Du Freſne* gloſſarium in τζιμπλα.

582. ὁ Ζεὺς δήπου πένεται, καὶ τοῦτ' ἤδη φανερῶς σε διδάξω. Sic optime ſcriptum in membr. ut Hemſterhuſius edidit. Vulgo violata commatum anapæſticorum lege, καὶ τοῦτο γε δὴ φανερῶς — Iſtud γε ab imperito correctore eſt; in nullo codice comparet. B. D. exhibent τοῦτο δὴ, depravatum ex τοῦτ' ἤδη. In C. perverſiſſima lectio: ὁ Ζεὺς δὲ ποῦ πέπλαι, καὶ τοῦτο δήπου φανερῶς — Genuinam lectionem jamdudum reſtituerat Ant. Fracinus.

583. Vulgo ſic legitur hic verſus:

εἰ γὰρ ἐπλούτει, πῶς ποιῶν αὐτὸς τὸν Ολυμπιακὸν ἀγῶνα.

qua in ſcriptura duæ ſunt graviſſimæ mendæ. Primo verſus immodulatus eſt rurſusque peccat in tetrametrorum legem, quæ cæſuram non admittit poſt quartum pedem. Deinde ſoloœca phraſis eſt omiſſione particulæ ἄν. Si priore in membro verbum ſit temporis imperfecti vel aoriſti cum εἰ, verbum in altero membro ejusdem temporis particulam ἂν requirit, quod obſervavi ad Lyſ. 149. Sic Veſp. 824.

εἰ θᾶττον ἐκαθίζου σὺ, θᾶττον ἂν δίκην
ἐκάλουν.

Bentleii emendationem recepit Hemſterhuſius:

εἰ γὰρ ἐπλούτει, πῶς ἂν ποιῶν αὐτὸς τὸν Ολύμπι' ἀγῶνα.

Longe tamen nec unico nomine præſtabat Kuſteri conjectura:

εἰ γὰρ ἐπλούτει, πῶς ἂν ποιῶν τὸν Ολυμπικὸν αὐτὸς ἀγῶνα.

Et hæc ipſa eſt membran. lectio, niſi quod perperam ibi ſcriptum ὀλυμπιακόν. Ceteri omnes habent particulam ἄν, ſed inverſo vocum ordine. C. D. πῶς ἂν ποιῶν αὐτὸς τὸν Ολυμπιακὸν ἀγῶνα: nec aliter in B. niſi quod pronomen αὐτὸς plane omittit. Recte Thomas M. Ολυμπικὸς Ατλικοὶ, οὐκ Ολυμπιακός. Ad quem locum nollem legi Cl. Sallierii notam.

586. κοτίνου σλεφάνῳ. In IV. meis codd. ut in Orvilliano ſcriptum κοτίνῳ σλεφάνῳ; quorum conſenſus ſuſpicionem mihi movet vulgatum Aldi conjecturæ deberi. Sane codd. lectio infinitis poetarum exemplis defendi poteſt, in quibus nomina ſubſtantiva adjectivorum vicem ſuſtinent. Rem notiſſimam adtigi ad Apollon. IV. 1248.

589. λήρους. Gloſſa in meo παιγνίους. In C. mendoſe λείρους, cum gloſſa ἄνθεσιν.

592. Hic in membr. ſcriptum eſt κότινου σλεφάνῳ. Tres alii, ut ſupra, κοτίνῳ σλεφάνῳ.

596. κατὰ μὴν ἀποπέμπειν. Sic bene membr. & B. uti & Suidas in Εκάτην. Duo alii perperam προσάγειν, ut Aldus. Quod Bern. Junta edidit προπέμπειν metro quidem ſatisfacit; ſed a re de qua hic agitur aliena eſt illius verbi ſignificatio.

597. πρὶν καταθεῖναι. Subauditur τινά. *Priusquam aliquis eam adponat.*

598. φθείρου. *Perieris.* Plautus Men. II. 2. 21.

Seu tu Culindrus, ſeu Coliendrus, perieris.

μὴ γρύξῃς. In A. B. ut vulgo, γρύζῃς. In C. D. γρύζεις. Neutrubi bene. Vide not. ad Lyſ. 1036.

601. ὦ πόλις Αργους, κλύεθ' οἷα λέγει. Occurrit iterum hìc verſiculus Equit. 813. ubi ait Scholiaſtes priorem partem ſumtam eſſe ex Euripidis Telepho, poſtériorem ex Medea, ubi exſtat v. 169.

κλύεθ' οἷα λέγεις κἀπιβοᾶτὰς
Θέμιν εὐκλαίαν.

607. χρή σ' — Sic A. C. Vulgo χρῆν σ' — ἀνύτειν. Sic bene duæ primariæ editt. Fracinus edidit χρῆ σ' ἀλλ' ἀνύειν. Solus e meis codd. Atticam formam agnoſcit C. in quo tamen mendoſe ἀνύσλειν. In B. ἀνύσειν. Gloſſa in codd. σπεύδειν. Sophocles Antig. 231.

τοικῦδ' ἐλίσσων ἥνυτον σχολῇ βραδύς.

Eadem forma ibid. 805. Trach. 319. Apud Euripidem Hippol. 403. Bac. 1089. 1094. & alibi paſſim.

624. ἐκφέρειν σ' ἐχρῆν. Sic B. D. In duobus aliis omiſſum, ut vulgo, pronomen. Vide ſupra ad 432. iterumque ad 966.

627. Θησείοισι. Sic B. In membr. & in meo recte ſcriptum μεμυσιλημένοι: alii ut vulgo μεμισυλημένοι: antiquo errore, cujus origo in prava curioſitate etymologias ſectantium, ut colligi poteſt ex iis quæ apud Euſtathium leguntur p. 1368. l. 48. Heſychius: μυσιλᾶσθαι, τὸ ἐκτοφῆσαι τὸν ζωμὸν τοῖς ψωμίοις. μυσίλη, ὁ κοῖλος ψωμός. ψιχίον. δρὰξ χειρός. Confer Suidam in μυσιλᾶται & μυσίλην. In Eq. v. 1168. vulgo etiam bene legitur:

ἐγὼ δὲ μυσίλας μεμυσιλημένας.

At perperam in ejusd. fabulæ v. 827. vulgatam ſcripturam retinui μυσιλᾶται. Nulla ratio eſt cur λ geminetur: præcedens enim vocalis per ſe & natura longa eſt.

635. E Sophoclis Phineo ſumtum eſſe hunc verſum obſervat Scholiaſtes. Poſterius in eo verbum additum ad prioris declarationem,

quod contraria duo significat, *oculos elido*, & *illustro*, *clariorem reddo*. Similiter Euripides in Œdipo quum eodem verbo in priore significatione uteretur, vitando ambiguo aliud ei subjecit:

ἡμεῖς δὲ Πολύβου παῖδ' ἐρείσαντες πέδῳ
ἐξομματοῦμεν καὶ διόλλυμεν κόρας.

Altero sensu, sed metaphorice utitur hoc verbo Æschyl. Prom. 498.

καὶ φλογωπὰ σήματα
ἐξωμμάτωσα, πρόσθεν ὄντ' ἐπάργεμα.

& Suppl. 476.

ξυνῆκας. ὠμμάτωσα γὰρ σαφέστερον.

E NOTIS BERGLERI.

640. φείγος. Sic IV. codd. cum duabus primariis editt. Recentiores φάος, quod primus in textum intulit Fracinus.

657. ἐλοῦμεν. Schol. Mf. Ἀττικὸν τὸ ἐλοῦμεν, ἀντὶ τοῦ ἐλούομεν, καὶ κατὰ συγκοπὴν ἐλοῦμεν. Mœris: λοῦται, Ἀττικῶς. λούεται, Ἑλληνικῶς. Ad quam notam vide Piersonum.

659. ἦμεν. Glossa in C. ἐπορευόμεθα. Perperam in meo ὑπῆρχομεν. Quod subscribi solet ι, in codd. maxime in vetustioribus, perpetuo omittitur. Versum hunc citat Auctor Etym. M. p. 420. l. 3.

661. πέλανος per appositionem & ἀσυνδέτως additum. Vox est sacrorum propria, quam declarant præcedentia nomina πόπανα & προθύματα. Vide Toupium ad Suidam I. 36. Non observarunt Scholiastæ quanam ex Tragœdia hi versus desumti essent. Satius tamen hoc fuisset quam ad v. 639. monere ἀναδόσομαι vocem esse tragicam.

663. παρεκατλύετο. Gl. συνετίθει.

670. ὁ πρόσπολος. Sic IV. codd. quibus consentientibus eo magis obsequi debui, quod sic suaviores fiunt numeri. Vulgo πρόσπολος. Perpetua in his formis librorum varietas, quæ jam observari potuit ad Ran. 1333. — ἤν τις αἴσθηται. Sic tres codd. in B. ἤ τις. Solœce vulgo εἴ τις αἴσθηται. Poterat scribere εἴ τις αἴσθοιτο ψόφου. Sed cum verbo subjunctivo omnino esse debet ἤν.

673. ἀθάρης. Membr. & C. hic & in sequentibus ubi hæc vox occurrit, habent ἀθάρας, male. Suidas: ἀθάρα, ἄλευρον ἠψημένον,



κλίνεται δὲ παρὰ μὲν Ατ̃λικοῖς διὰ τοῦ η, ἀθάρης· οἱ δὲ κοινοὶ διὰ τοῦ α, ἀθάρας. In C. & in meo adſcriptum hoc margini ſcholion: ἀθάρα λέγεται ἡ ἰδιωτικῶς λεγομένη κουρκούτη. ἤγαγε δὲ αὐτὴν γραῦς τις τῷ Ασκληπιῷ· εἰκότως. αἱ γὰρ γραῖαι τοὺς ὀδόντας ἀποβαλοῦσαι, οὐκ ἄλλο τι ἐσθίουσιν ἢ ἀθάραν. τοιοῦτον ἐχρῆν καὶ δῶρον αὐτὰς προσφέρειν θεῷ.

674. τῆς κεφαλῆς του γραδίου. Perperam vulgo τοῦ. Encliticum eſt pro τινός. Præterea male vulgo excuſum γραϊδίου. Triſyllaba vox eſt γρᾴδιον. Vide not. ad Theſm. 1194. & confer Pierſonum ad Mœrin in v. οἰσθὸς, p. 276.

677. Mœris: φθοῖς, Ατ̃λικῶς, μονοσυλλάβως. ἔστι δὲ πέμμα πλακοῦ ἔχον ὀμφαλόν. πόπανον, Ἕλληνες. Ad quam notam vide Pierſonum.

681. ἤγιζεν. Gloſſa in C. ἐτίθει, ὡς ἅγια ἐνέβαλεν. Simplex ἀγίζειν, ut & compoſitum καθαγίζειν, verba ſunt ad ſacra pertinentia, ſignificantque *aliquid diis offerre, conſecrare.* Menander apud Bentleium p. 40.

ἐγὼ μὲν οὖν ὧν γε θεὸς οὐκ εἴασα τὴν
ὀσφὺν ἂν ἐπὶ τὸν βωμὸν ἐπιθεῖναί ποτε,
εἰ μὴ καθήγιζέν τις ἅμα τὴν ἰσχέλυν.

Vide Lyſ. 238. Av. 566.

682. πολλὴν ὁσίαν τοῦ πράγματος. Gloſſa: κατὰ πολὺ ὅσιον δηλαδὴ τὸ λαμβάνειν τι τῶν ἱερῶν.

688. ὡς ἤσθετο δή μου τὸν ψόφον. Particulam δὴ quam habent editt. priores, omiſit in Kuſteriana typotheta, proindeque deeſt etiam in noviſſima Batava, cum verſus labe. Eandem mendam obſervo in tribus e meis codd. particulam enim illam ſolæ exhibent membr.

689. τῇ χεῖρ' ὑφῄρει, ſcilicet τὴν χύτραν. Vulgo τὴν χεῖρ' ὑφῄρει, quod manifeſto mendoſum eſt, nec ullam interpretationem admittit. Sic etiam tres codd. Gloſſa in meo: κατεῖχε λάθρα. At in C. τὴν χεῖρ' ἀφῄρει, cum gloſſa λάθρα ἐκίνει, quæ etiam ad ὑφῄρει pertinet. Stabat olla prope aniculæ caput: ſimulac ſervi eam attingentis ſtrepitum audit, manu clam exſerta ollam propius ad ſe reducit. Quæ ſequuntur ὀδὰξ ἐλαβόμην referuntur ad propius ſubſtantivum, e quo repetendum αὐτῆς τῆς χειρός. Idem etiam Reiskio placuiſſe video.

696. προσῄειν. Plusquamperfecti ſingularis tertia apud Atticos exit in ει contractum ab εε, & ν in fine adſciſcit, ſequente vocali aut diphthongo: ſic πεπείθειν, Nub. 1347. ᾔδειν, Veſp. 635. & Pac. 1182. Prima autem in η ex εα contractum deſinit. ᾔδη, ἐκεχάνη, aliaque. Vide Etymol. M. auctorem in ἐπεποιήκειν p. 386. l. 14. & Daweſium p. 231. Male in membr. προσῄει.

707. μετὰ ταῦτ' ἐγὼ μὲν εὐθὺς ἐνεκαλυψάμην. Vulgo legitur profligato metro:

μετὰ ταῦτά γ' εὐθὺς ἐγὼ μὲν συνεκαλυψάμην.

In eo tantum differt B. quod τἀγῶ δ' habet. Membr. μετὰ ταῦτ' εὐθὺς ἐγὼ μὲν συνεκαλυψάμην. Meus: μετὰ ταῦτ ἐγὼ μὲν εὐθὺς συνεκαλυψάμην. Quod nec ſuave eſt nec rotundum, quum in ſenariorum legem peccet, dactylo quartam ſedem tenente: ſed inde proclive erat veram lectionem reſtituere, quam demum confirmat codex C. In eo eadem eſt ſcriptura, quæ in membranis: ſed verbi συνεκαλυψάμην primis ſyllabis ſuperſcriptum ab eadem manu ενε, quod noſtrum dat ἐνεκαλυψάμην. Hoc autem compoſito poëtam hic uſum fuiſſe, præter metri rationem, ſermonisque proprietatem, manifeſto oſtendit v. 714. ubi hera dicit, ὃς ἐξεκαλύφθαι φῂς, non vero ὃς συξεκαλύφθαι. Nub. 11.

ἀλλ', εἰ δοκεῖ, ῥέγκωμεν ἐξεκαλυμμένοι·
735. οὐκ ἐξκαλυψάμενος ταχέως τι Φροντιεῖς;

709. περιῄει πάντα. Nulla hic erat ratio cur ſcriberetur περιήειν, ſequente conſonante. Hoc quidem edidit Aldus: at melius Bern. Junta περιῄει, licet ſupra dediſſet προσῄειν. Sic etiam tres codd. In B. quæ primum omiſſa fuerat littera ν, ſuperne addita fuit poſtmodo.

713. σὺ δὲ πῶς ἑώρας. In B. & C. σὺ δὲ πῶς ἑώρακας. Ut hic commutata fuerunt ἑώρας & ἑώρακας, ſic etiam Theſm. 32. admodumque probabile eſt graſſatam fuiſſe etiam librariorum libidinem in verſu hujus fabulæ 98.

715. μὰ hic negativum eſt; refertur enim ad præcedens οὐκ ὀλίγας. — ἐπὰς γὰρ εἶχεν οὐκ ὀλίγας, οὐ μὰ Δία. Sic ſupra v. 400.

οὐ τῷ μεταδοῦναι; — οὐ μὰ Δία. Negatio utroque in loco omissa e præcedentibus adsumenda est.

721. κατέπλασεν. Sic quatuor codd. recte. Vulgo κατέπλασσεν. Geminationem istam literæ σ non admittit Attica scena. Ut autem esset temporis imperfecti, scriptum oporteret κατέπλαττεν. Quia præcessit ἔφλα, minime necesse est sequens verbum in eodem esse tempore: præcesserat enim jam antea aoristus ἐπεχείρησε. Sic solent ubique, non sine quadam venustate, tempora permutare.

723. ἀνάξας. Perperam vulgo ἀνάξας.

725. Codd. omnes ἐπομνύμενον. Solus C. τὰς ἐκκλησίας, articulo superscripta litera η, ut sit τῆς, quod sincerum est. Glossa in meo τοῦ συνεδρίου. Ceterum probabile est Comicum scripsisse ἵν' ὑπομνύμενον. Vide Harpocrationem in ὑπωμοσία, & Petitum Leg. Att. p. 182. & 407. Bergleri versio quam retinui a sententia aberrat: refertur enim ad ἐξομνύμενον, quod non admittit metrum. Sensus est: *Ut mea opera desinas quævis promulgata plebiscita interposito jurejurando in concione abrogare.*

729. ἡμιτύβιον. Sic C. Tres alii ἡμιτύμβιον. Glossæ μανδύλιον, μανδήλιον. Vide Hesychii interpretes ad hanc vocem.

730. ὥς γ' ἐμοὶ δόκει. A. C. ὥσθ' ἐμοὶ δοκεῖ. B. D. ὥς γ' ἐμοὶ δοκεῖ. Hinc mutato accentu sponte nascitur nostra lectio. Vulgo ὥς γε μοι δοκεῖν.

738. ὦ δέσποιν', ἀνεσθήκει. Sic meus, ut vulgo. At tres Regii: ὦ δέσποινά γ' ἐσθήκει, cum glossa in C. ἀνεσθηκὼς ἦν.

742. πῶς δοκεῖς. Gl. in C. θαυμασθηκόν. λίαν. Euripides Iphig. A. 1590.

μὰν τῷδε Κάλχας, πῶς δοκεῖς χαίρων, ἔφη.

Ad quem versum sic Marklandus: *Delevi interrogationem post δοκεῖς, præeunte magno magistro Hemsterhusio ad Lucian. Necyom. p.* 475. πῶς δοκεῖς χαίρων *est* summo gaudio affectus.

746. ὅτι βλέπειν τὸν Πλοῦτον ἐποίησεν ταχύ. Collocatæ hoc ordine voces in B. quam scripturam ob sequentem versum prætuli. Vulgo: ὅτι βλέπειν ἐποίησε τὸν Πλοῦτον ταχύ.

762. ὑμῖν. Sic meus. Vulgo ἡμῖν. In B. inverſo vocum ordine, εἰσιοῦσιν ἡμῖν.

764. νὴ τὴν E. Perperam C. μὰ τὴν — Haud infrequens librariorum hic error. Vide not. ad Lyſ. 465.

765. ἐν κριβανωτῶν ὁρμαθῷ. Sic membr. In B. D. ἐν κριβανωτῷ ὁρμαθῷ. In C. mira lectio, ἐν κλιβάνῳ τῶν ὁρμαθῶν. Gloſſæ: σὲ. Φανῶσαι — ἐκ κριθίνων μαζῶν — διακαίει δὲ αὐτὸν ὡς λαίμαργον. Interpretationis hujus auctor ſic verba ordinabat: βούλομαί σε σὲ φανῶσαι ἐν ὁρμαθῷ ἐκ κριθίνων μαζῶν: neque inde colligi poteſt apud Comicum unquam lectum fuiſſe σ' ἐκ κριβανωτῶν ὁρμαθῷ. Si quid mutandum eſſet, mallem expuncta præpoſitione, εὐαγγέλια σὲ κριβανωτῶν ὁρμαθῷ.

777. εἰδὼς οὐδὲν ὁ τλήμων ἐγώ. Non ſane hic verſus eorum in numero veniet, quorum exemplo quis forte probare conabitur vocalem brevem produci poſſe ante tenuem & liquidam. Nam manifeſtum eſt ſcriptum oportuiſſe εἰδὼς οὐδέν, ὦ τλήμων ἐγώ. Qua ratione augetur etiam affectus.

785. ἐνδεικνύμενοι ἕκασος. Elegans eſt conſtructio & paſſim obvia ſingularis ἕκασος cum verbo vel participio plurali. Exempla vel lexica ſuppeditant. Neſcio cur in Demoſthenis Or. I. contra Philippum p. 54. l. 7. edit. Reiskii ἕκασοι pro ἕκασος viri docti maluerint.

788. χαίρετον. Vulgo χαίρετε. Dualem præfert B.

794. εἶτ' οὐχὶ δέξει δῆτα. Perperam vulgo δέξῃ ταῦτα. Tres Regii δέξῃ δῆτα. Atticam terminationem repoſui e perpetuo Comici uſu.

796. τὸν φόρτον. Suidas exponit τὴν χλεύην, *irriſionem*. Gloſſæ, ψόγον, χλεύην, μέμψιν. Significat *moleſtas, odioſas ineptias*; ut Pace 748.

τοιοῦτ' ἀφελὼν κακὰ καὶ φόρτον, καὶ βωμολοχεύματ' ἀγεννῆ.

Hinc Veſp. 66. φορτικὴ κωμῳδία.

800. ὡς Δεξίνικος οὑτοσί. Sic perſpicue membr. & C. optime. In B. δεξήνικος: in meo δεξύνοικος: ducta in utroque ſuperne linea, qua indicatur nomen eſſe proprium. Vulgo ὡς δὲ Ξένικος οὑτοσί,

labante verſu: nam in Ξένικος, etiamſi nomen eſſet proprium, media corripi deberet. Gloſſa in C. ad ὡς, ὅτι: ad viri nomen, διαβάλλει τοῦτον ὡς ἄρπαγα. Optima eſt & plana ſententia, nec quidquam conjecturis opus erat, inter quas duæ ſunt, quas metri lex prorſus reſpuit. Iſta Bentleii:

εὖ πάνυ λέγεις· ὄχλος δὲ ξενικὸς οὑτοσί.

Clerico, non Bentleio dignus ſenarius, quem dactylus in quarta ſede deturpat. Altera Hemſterhuſii pejori adhuc malo laborat, quæ creticum habet in quarta ſede:

εὖ πάνυ λέγεις· ἄλλως Δεξίνικος οὑτοσί.

Nomen Δεξίνικος ex δέχομαι & νίκη compoſitum, penultimam neceſſario producit. Atque iſta excogitata fuere, ne ὡς bis in duobus continuis verſibus conſpiceretur, licet diverſo ſenſu: prius enim ſignificat *nam*; alterum *tanquam*. Hoc ſi vitium eſſet, neſcio quot verſus apud Comicum mutandi venirent, qui tamen nemini correctione indigere viſi ſunt, nec revera indigent.

805. Poſt hunc verſum vulgo legitur inſertus iſte:

οὕτω τὸ πλουτεῖν ἐστὶν ἡδὺ πρᾶγμά τι.

quem tanquam parallelum primo Carionis verſui librarius olim margini adſcripſerat, unde ab alio in textum fuit illatus. Merito eum expunxit Bentleius. Alibi obſervavi ſolitos olim fuiſſe librarios in codicum margine verſus qui ſententias continerent ſcribere, præfixo lemmate γνώμη, horumque verſuum complures maxime in Scenicorum ſcriptis in textum poſtea intruſos fuiſſe; quod hîc accidiſſe jamdudum mihi fuit perſuaſum. Ecce vero manifeſtum interpolationis indicium oſtendit cod. C. In eo verſus in lineas non ſunt diſtincti, ſed, tanquam ſi ſoluta eſſet oratio, continuata ſcriptura eſt, cujus ſpecimen hîc ſubjicio:

ἐπεισπέπαικεν οὐδὲν ἡδίκη
κόσιν· Γνω″ οὕτω τὸ πλουτεῖν, ἡδύ ἐστι
πρᾶγμα που. ἡ μὲν γὰρ σιπύη

Vides librarium non ſolum marginalem verſum, ſed etiam illius lemma in contextus ſeriem intuliſſe. In meo & in B. idem lemma verſui præfixum eſt. Ceterum in eo verſu tres Regii habent πρᾶγμά που.

807. ἀμφορῆς. Sic bene Aldus edidit. Perperam in IV. codd. ſcriptum ἀμφορεῖς.

815. ὁ δ' ἴπος ἡμῖν ἐξαπίνης ἐλιφάντινος. Vulgo legitur ὁ δ' ἰπνὸς ἡμῖν. Utraque lectio ἴπος & ἰπνὸς ab Ariſtophane eſt. Illud erat in priore fabulæ editione, hoc in poſteriore. Qui priore Pluto uſus eſt Jul. Pollux, ut v. 513. pro τροχοπωιεῖν legebat ζυγοπωιεῖν, quod in nullo codice nunc comparet, ita hoc in verſu ἴπος habebat, non ἰπνός. Vide eum p. 1340. & interpretes. ἴπος ſeu ἰπὸς, utroque enim modo notatur accentu, primam producit, quapropter ſæpe occurrit εἰπὸς, e librariorum more, qui pro ι longo ſolebant ει ſcribere: ſignificat autem inſtrumentum omne, quo *ſtipatur*, *comprimitur*, *exprimitur*, *opprimitur*. Hinc ἴπος vocatur fullonum inſtrumentum, quo premuntur, ſtipantur veſtes. Pollux p. 1317. καὶ ἰπὸς, τὸ πιέζον τὰς ἐσθῆτας ἐν τῷ γναφείῳ, ὡς Ἀρχίλοχος· κεῖται δ' ἐν ἰπῷ. Hic autem *muſcipulam* ſignificat. Pollux priore loco: καὶ μυάγρα. Ἀριſτοφάνης δὲ ἐν Φοινίσσαις κέχρηται τῷ ὀνόματι· ἐν δὲ Πλούτῳ εἰπὸν τὴν μυάγραν καλεῖ. Idem p. 715. καὶ ἴπος δὲ τὸ τῶν κναφέων ἐργαλεῖον. ἔστι δὲ καὶ μυάγρα οὕτω καλουμένη. Auctor Etym. M. p. 473. ἴπος σημαίνει τὴν παγίδα τῶν μυῶν, καὶ τὸ πρασσόριον. παρὰ τὸ ἴπλω τὸ βλάπλω, γίνεται ἴπος. καὶ γὰρ τοῦτο εἶδος φλαρτικόν ἐστι τῶν μυῶν. καὶ παρὰ τὸ ἴπος γίνεται ἰπῶ ῥῆμα, σημαῖνον τὸ θλίβω. καὶ Ἀριſτοφάνης, ἰπούμενος ταῖς συμφοραῖς. (lege εἰσφοραῖς ex Equit. 924.) ὡς κόπλω κόπος, οὕτω ἴπλω ἴπος. Perperam vulgo initio hujus notæ legitur καὶ τὸ πρακτώριον. Infimæ græcitatis vox eſt πρασσόριον. Vide Car. Du Freſne Gloſſarium p. 1218. Veteres gloſſæ: ἴπες, *prenſurium*. Corrigendum forte *preſſorium*. Quod autem ſupra dixi, in poſteriore Pluti editione ἰπνὸς repoſitum fuiſſe, id hoc ſolo nititur argumento, quod hanc lectionem exhibent codd. qui nunc exſtant omnes, agnoſcuntque eam etiam Grammatici aliquot veteres. Sed facile fieri potuit, ut ante horum ætatem menda irrepſerit, ἰπνὸς

pro ἰωὸς, ut & apud Æſchylum in Prometheo ἰανούμενος pro ἰανούμενος, quod obſervavi ad Lyſ. 291. Sane apud Athenæum p. 229. F. ubi profertur hic verſus, iſtoque modo legitur:

ὁ δ' ἰανὸς γέγονεν ἐξαπίνης ἐλεφάντινος.

In veteri Athenæi codice ſcriptum reperi ὁ δεῖνος, quod mendoſum quidem eſt, ſed antiquæ ſcripturæ indicium dare poſſit, ὁ δ' εἰνός. Nam ſi ἰανὸς prior librarius legiſſet, nulla erat cauſa cur εἰανὸς ſcriberet. Utut hæc ſunt, vere, meo judicio, veterem lectionem ἴωος revocandam cenſuit Bentleius, cujus argumentis ſi quæ opponi poſſint, non ſane illa ſunt quæ obmovet Daweſius. ἰανὸν ille tuetur, *laternam*que ſignificare contendit, ut exponunt Scholiaſtes & Suidas, φανός. Laternis utebantur veteres e cornu vel e veſica factis. Notus eſt ille Plauti verſus in Amphitr.

Quo ambulas tu, qui Volcanum in cornu concluſum geris?

Sed ebur translucidum non eſt, proindeque eburnea laterna res eſt plane inepta & abſurda. Quod autem ait *Bentleii commento perquam incommode accidere*, genus ſcilicet nominis ἴωος femininum, id nullius eſt momenti. Nam ſubſtantiva ſunt multa quæ utroque genere efferuntur; neque, ſi apud Pindarum ἴωος femininum occurrit, inde conficitur femininum etiam Atticis fuiſſe. Sane Polluci maſculinum eſt, cujus hæc ſunt verba p. 1317. καὶ περισῳροφίδα δ' ἂν εἴποις τὸ ξύλον τὸ τὸν ἰανὸν περισῳρέφον. Non itaque Bentleii *rationes profligavit Daweſius*. ἰανὸν ſi concederem poëtam ſcripſiſſe, probarem potius Toupii interpretationem ad Suidam II. 36. *latrinam*, ſive *ſellam familiarem*, *une chaiſe perçée d'ivoire*, intelligentis. Pollux p. 527. τὸν δὲ κοπρῶνα καὶ ἴανον Ἀριστοφάνης καλεῖ. Eo ſenſu poſita erat hæc vox in Cocalo, cujus ultimum fragm. vide. Quominus autem eam ſic a Poëta hoc loco adhibitam fuiſſe credam, obſtat prioris ſyllabæ modulus, quam ille ſemper corripit. Vide Pac. 536. Av. 436. Veſp. 139. Nec objiciendus eſt ejusd. fabulæ v. 837. quem protuli ſupra in nota ad v. 98. Manifeſtum eſt enim legi debere:

ὁ κυὼν παρᾴξας εἰς τὸν ἰανὸν, ἐξαρπάσας —

& in ſuperiore, qui in Pace eſt 892. poëtam ſcripſiſſe:

διὰ ταῦτα καὶ κεκάτικεν ἄρ' · ἐνταῦθα γὰρ —

Hæc recte emendata esse tam absurdum esset negare, quam si quis contenderet in nomine δίκη primam rite produci, quia sic vulgo legitur in Vesp. v. 400.

οὐ ξυλλήψεσθ', ὁπόσους δίκαι τῆτες μέλλουσιν ἔσεσθαι;

Eo ineptiarum redigi se patiantur, qui in veterum scriptis apicem mutari nolunt absque codicis auctoritate: nam sic etiam in duobus ad quos fabulam illam contuli scriptum est. At me piget mendam eam prætermisisse; novitiosque tirones moneo, quod, etiam me indicente, paulo peritiores videbunt, legendum esse:

οὐ ξυλλήψεσθ', ὁπόσοισι δίκαι τῆτες μέλλουσιν ἔσεσθαι.

Daweſius autem, ne sibi e manibus laterna sua eriperetur, lectionem prorsus immutare coactus fuit, novamque ex ea quam codices exhibent, & misere depravata illa, quæ apud Athenæum fertur, concinnare, cujus parum suaves sunt numeri:

ὁ δ' ἰατὸς γέγον' ἡμῖν ἐξαπίνης ἐλεφάντινος.

Quanto satius erat optima in lectione acquiescere, quam commendabant sententiæ & metri venustas, tuebaturque doctissimi Grammatici fides! Sed virum ingeniosum abripiebat livor & Bentleii laudum obtrectatio.

816. ἀρτιάζομεν. Glossa: τὸ ἐν συνηθείᾳ λεγόμενον μονὰ ἢ ζυγά. Scholion: τὰ ἄρτια καὶ τὰ περιττὰ παίζομεν, τὰ κοινῶς λεγόμενα παρὰ τοῖς ἰδιώταις, μονὰ, ζυγά.

824. Personam hìc & deinceps in toto hoc colloquio Chremyli pono, ubi vulgo persona est Carionis, idque ex trium codd. auctoritate. Solus B. famulo tribuit, quæ manifesto heri esse nemo non sentit, certissimisque argumentis ostendit Hemsterhusius, qui pravam priorum editionum personarum distinctionem retinere non debuerat.

827. τοῦ δέει. Vulgo δέῃ. Atticam formam habent A. C.

828. μοι 'στὶν. Sic meus: in C. μοι ἐστὶν. Duo alii, ut vulgo, μοὐστὶν.

832. ἐπίλοιπα τὰ χρήματα. Sic optime membr. ut & Kusterus

legendum esse viderat. In C. ἀπέλιπον. Duo alii, ut vulgo, ἀπέλιπε.

834. τέως. Glossæ, πρώην, πρότερον.

837. κοὐκ ἐδόκουν μ' ὁρᾶν ἔτι. *Et me videre se dissimulabant.* Græcorum vim non percepérat Berglerus. Vide Valckenarium ad Eurip. Hippol. p. 217. Pace 1051. μὴ νῦν ὁρᾷν δοκῶμεν αὐτόν. *Fesons semblant de ne pas le voir.* Plautus Epid. II. 2. 54. *Dissimulabam me harum sermoni operam dare :* οὐκ ἐδόκουν ὑπακούειν αὐτῶν.

839. Participium ὢν hîc, ut sæpe, abundat. Hemsterhusii notæ lucem affundet Scholion ineditum, quod profero e Cod. C. Τὸ ὢν ἢ ἀντὶ τοῦ οὖν νοητέον, τρεπομένης Δωρικῶς τῆς ου διφθόγγου εἰς ωμέγα· ἢ ἀντὶ τοῦ ὑπάρχων, οὕτω. ἀπώλεσε γὰρ ἐμὲ αὐχμὸς τῶν σκευαρίων ὢν καὶ ὑπάρχων ἐμοί. πέπρακα γὰρ ταῦτα, καὶ διὰ τοῦτο εἰς γέλωτα πᾶσι προὐκείμην. Παρὰ τὸ μὴ ἔχειν τὰ σκευάριά τι, ἀπολώλειν. ἐχόντων γάρ τι τῶν σκευαρίων, ἤδη ἠρδευόμην. διακρίνων δ' οὕτω αὖος καὶ ξηρὸς ἦν ὑπὸ τῆς ψυχρᾶς πενίας, ὃ γοῦν ἔπασχεν ὁ δίκαιος οὗτος, ἀντιστρόφως τοῦτο τὰ σκευάρια, φησὶν, ἀπώλεσεν.

842. τί δύναται πρὸς τὸν θεόν ; *quid facit ad Deum?* Sic ingenioſe Hemsterhusius. Frigidum est quod vulgo legitur: τί δύναται, πρὸς τῶν θεῶν, —

854. Carioni tributa hæc vulgo, Chremylo adsignant tres codices, ut supra v. 824.

859. ἥπερ μὴ λίπωσιν. Sic bene Dawesius. Vulgo μὴ λίπωσιν.

860. In tribus Regiis Chremylo hæc tribuuntur: melius in meo Justo.

863. Huic versui in tribus Regiis præfixa persona Carionis: melius in meo tribuitur Chremylo.

868. καὶ τίνα. Quæstionem hanc Chremylo adsignant tres codd. ut & v. 869.

870. οὐμενοῦν ἔσθ' ὑγιὲς ὑμῶν οὐδενός. Gl. ἀντὶ τοῦ, οὐδεὶς ὑμῶν ἔχει τι ἀγαθόν. Supra 362. ὡς οὐδὲν ἀτεχνῶς ὑγιές ἐστιν οὐδενός.

872. ὦ Δάματερ, licet forma Dorica, Comicis usurpatum fuisse observat Eustathius ad Odyss. p. 1385. l. 53. ubi de Φάτερος & Φατέρα

mira quædam tradit ab aliorum Grammaticorum placitis diſcrepantia. εἰ δὲ τὰ τοιαῦτα Δωρικά, καὶ ἡ λοιπὴ τούτων ἀνάλογος κίνησις, Ἀτθικοῖς γέγονε φίλα, καινὸν οὐδὲν εἴ τις ἐνθυμοῖτο καὶ τὸ, ὦ Δάμαστερ, τὸ θαυμασϊκόν, ὃ κεῖται καὶ παρὰ τῷ Κωμικῷ, Δωρικὸν μὲν ὄν, φιληθὲν δὲ εἰς κοινὴν χρῆσιν τοῖς Ἀτθικοῖς. Occurrit jam ſupra verſ. 555. Mox verba δῆλον ὅτι βουλιμιᾷ in IV. codd. ut & in vett. editt. pleriſque famulo continuata ſunt: aliæ ea Juſto minus bene tribuunt.

876. ἆρα priori longa, metro ſic flagitante: perperam vulgo excuſum ἄρα. In C. Chremylo male tributa hæc imprecatio.

878. In tribus codd. ſcriptum ὁ θεὸς ἔσθ' οὑτοσὶ εἰ τοὺς συκοφάντας. Quartus B. in eo tantum differt quod habet οὑτοσίν — Inde apparet ſinceram lectionem ſic reconcinnandam eſſe, ejecto verbo ſubſtantivo:

ἅπασι τοῖς Ἕλλησιν ὁ θεὸς οὗτος, εἰ
τοὺς συκοφάντας ἐξολεῖ κακοὺς κακῶς.

882. εἶδον. Sic bene meus & B. ut impreſſi. Perperam in A. C. ἴδον.

884. Anulos *phyſicos* dictos geſtabant veteres, quibus ineſſe putabant vim ſanandi aut avertendi morbos, & quævis mala. Vide Caſaubonum in Athenæum III. 34. ad hos Antiphanis verſus:

ἐν χύτρᾳ δ' ἐμοὶ
ὅπως ὕδωρ ἕψοντα μηδὲν ἕψομαι.
οὐ γὰρ κακὸν ἔχω, μηδ' ἔχοιμ'. ἐὰν δ' ἄρα
σῆψέ μ' περὶ τὴν γαστέρ', ἢ τὸν ὀμφαλόν,
παρὰ Φερτάτου δακτύλιός ἐστ' ἐμοὶ δραχμῆς.

885. ἀλλ' οὐκ ἄν ἐστι. Perperam vulgo ἀλλ' οὐκ ἔνεστι. Vide Toupium ad Suidam in fine T. II. Nubium verſum, quem eundem ad modum emendat, nos aliter legimus. ἄν potentiale cum præſente etiam indicativi conſtruitur. Noſter Av. 1069.

ἔρωτά τε καὶ δάκιθ', ὁπόσα περ ἂν
ἔστιν, ὑπ' ἐμᾶς πτέρυγος
ἐν φρεναῖς ὄλλυται.

quocunque eſſe poſſint numero: & hic; *ſed anulus eſſe non poſſit adverſus*

adverſus ſycophantæ morſum. Nub. 395. ἀλλ' ὁ κιρσινὸς πόθεν ἂν φέροιτο; *undenam venire poſſit?* Hunc autem verſum Chremylo recte tribuit cod. meus. In tribus Regiis famulo adſcriptus eſt.

886. ἆρ' οὐχ ὕβρις ταῦτ' ἐστὶ πολλή; Vulgo peſſumdato metro, ἆρ' οὐχ ὕβρις πολλὴ ταῦτ' ἐστί;

889. Hic verſus in tribus Regiis famulo tributus: melius in meo Chremylo.

891. Hi verſus vulgo Juſto tribuuntur, conſentientibus duobus Regiis: in B. famulo adſcripti ſunt: in meo Chremylo.

895. Sexies repetita olfaciendi interjectio ὔ ὔ perperam vulgo & contra metri rationem duplici circumflexo notatur: prima brevis eſt, altera longa.

896. κακόδαιμον — Verba hæc tres Regii hero tribuunt, melius quam meus, qui ea, ut impreſſi, famulo adſcribit.

897. ἐπὶ τοιοῦτόν γ' ἀμπίσχεται. Particulam γε in membr. eleganter inſertam recepi. Si minus placeat, delenda eſt etiam in ſup. v. Neutram agnoſcit C. priorem habent tres alii: poſteriorem ſolæ membr. Verba hæc in A. C. famulo tributa: in B. D. ut in impreſſis, Juſto.

901. In toto hoc diverbio, quæ vulgo Juſto tribuuntur, meus & B. Chremylo adſcribunt; quam perſonarum diſtinctionem decoro congruam & veteris codicis auctoritate confirmatam non probare ſolum, ſed & reponere debebat Hemſterhuſius. Vide eruditiſſimi viri notam p. 292. — ὡς οὐδείς γ' ἀνήρ. Particulam, quæ vulgo abeſt, hic rurſus inſertam exhibent membr.

904. A muneribus publicis mercatores Athenis immunes erant, ob operam quam præſtabant invehendo frumento. Ideo Sycophanta hic dicit mercaturam ſe cauſari, ſi quando uſus veniat. Facete adoleſcens in Concion. quem anus ut ſecum concumbat cogere vult, ait v. 1027. ἀλλ' ἔμπορος εἶναι σκήψομαι.

908. τί παθών; Scribendum hic etiam, ut Lyſ. 599. τί παθών. Sæpiſſime in hac formula peccarunt librarii. — βούλομαι, *volo.* Publica crimina cuilibet licebat Atheuis exſequi; quod notum e ſolemni

legum formula, quæ toties apud oratores occurrit, ut: ἀπογραφέσθω δὲ τὸν μὴ ποιοῦντα ταῦτα ὁ βουλόμενος. δοκιμασίαν μὲν ἐπαγγειλάτω Ἀθηναίων ὁ βουλόμενος. Hinc jocus qui mox ſequitur.

913. τὸ πολυπραγμονεῖν, *male curioſum, ardelionem eſſe*: idem ac πολλὰ πράττειν, Ran. 749.

927. ταῦτα πάντα. Sic membr. concinnius quam πάντα ταῦτα, quod eſt in impreſſis.

932. ὁρᾷς ἃ ποιεῖ. Hoc dicit Sycophanta tanquam ad teſtem, quem ſecum adduxerat. Si enim ad Chremylum directus eſſet: hic ſermo, dixiſſet, ὅρα τί ποιεῖς. Perperam vulgo ὁρᾷς ἃ ποιεῖς, quod mendoſum eſſe declaravit Hemſterhuſius. Facilis in iſtis terminationibus librariorum lapſus. Sic Theſm. 809. male φήσεις editum pro φήσει.

944. γεγνώσκω. Sic membr.

946. τοῦτον τὸν ἰσχυρὸν θεόν. Sic recte tres Regii, ut legendum eſſe monuerat Bentleius, cui morem geſſit Hemſterhuſius. Vulgo inverſo ordine & profligato metro, τὸν ἰσχυρὸν τοῦτον θεόν. — Ad verba καὶ σύκινον, vetus hoc eſt ſcholion: χαῦνον φυτὸν ἡ συκῆ. καὶ διὰ τοῦτο ἔστι παροιμία· Συκίνη ἐπικουρία, ἀντὶ τοῦ ἀσθενής, καὶ ἀνωφελής. Quæ iſtis ſubjecta in vulgatis ſcholiis leguntur, multo ſunt recentiora, & ut quod ſentio aperte profitear, inepta. Nullam enim ad nomen συκοφάντης alluſionem hic reperire poſſis, niſi fingas eum qui loquitur ſemetipſum fugillare voluiſſe: σύκινος σύζυγος opponitur ἰσχυρῷ θεῷ. Hoc ſatis argutum eſt, nec aliud quærendum.

955. Huic verſui in meo codice recte præfixa perſona Chremyli.

957. ὅτι ἔστ' — Sic bene membr. Vulgo ὅτ' ἔστ' — In C. ὡς ἔστ' —

958. προσεύξῃ τὸν θεόν. In B. τῷ θεῷ.

959. Hæc, ut pleraque hujus dramatis, manifeſto ſunt e Pluto priore, in quo Chorus ſuas agebat partes. Chremylus abducto ſecum Viro Juſto domum ingreſſus fuerat: ſolus erat in ſcena Chorus, canticumque canebat. Supervenit anus, quæ ſcire cupiens ubinam habitaret novus Deus, nullos alios, quam Chori perſonas



percunctari poterat. Male Hemſterhuſius verba ὦ φίλοι γέροντες ad Chremylum & Juſtum Virum refert, verſuique 962. Chremyli perſonam præponit. Sic quidem eſt in B. At verius tres alii duos illos verſus Chloro tribuunt. In ſcenam non prodit amplius Vir Juſtus. In C. textui inſerta παρεπιγραφὴ, ſic: Γραῦς τίς φησι πρὸς τὸν Χορόν. Γραῦς. ἆρ' ὦ φίλοι γέροντες.

964. τῶν ἔνδοθεν. Sic IV. codd. recte. Perperam impreſſi τῶν ἔνδοθι. Sic ſupra v. 228. τῶν ἔνδοθέν τις εἰσενεῖπάτω λαβών. — καλέσω. Sic codd. Mallem hic etiam καλῶ. Vide ad Ran. 298. & ad Lyſ. 851.

966. λέγειν σ' ἐχρῆν. Sic B. recte. In C. λέγειν σε χρή. Vulgo pronomen omiſſum. Vide notam ad v. 432. & 624. ubi eodem modo peccatum fuerat.

972. Scholion Mſ. δέον εἰπεῖν, Ἀλλ' οὐ λαχοῦσ' ἔκρινες ἐν τῷ γράμματι, ὡς ἔμπροσθεν τὴν ἱστορίαν εἴπομεν εἰς τὸ, Ἐν τῇ σορῷ νυνὶ λαχὸν τὸ γράμμα σου. ὁ δὲ διαβάλλων αὐτὴν ὡς μέθυσον, φησίν· Ἀλλ' οὐ λαχοῦσ' ἔπινες ἐν τῷ γράμματι.

973. καλακέκνησμαι, & v. ſeq. κνησμόν. Scripturam hanc alteri per ι prætuli ad membranarum fidem, itemque Euſtathii. Sic ille ad Ιλ. λ'. pag. 872. l. 5. τοῦ δέ γε κνίζειν χρῆσις παρά τε ἄλλοις καὶ παρὰ τῷ Κωμικῷ, ἔνθα παίζων παρηχεῖ τὸν διὰ τοῦ ῆτα γραφόμενον κνησμὸν ἐκ τοῦ κνίζειν. Hunc locum reſpicit, ubi ſaltem κνησμὸν legebat. Utro modo ſcribatur, parum intereſt.

979. Vulgo legitur πάντα ταῦθ'. Concinnius in membr. ταῦτὰ πάνθ' — Sed pro ταῦτα ſententia flagitat ταὐτὰ, id eſt τὰ αὐτά, vel κατὰ τὰ αὐτά.

983. εἰς ἱμάτιον. Inutilem particulam γε vulgo ſubjungunt, ἱμάτιόν γ' — Eam nullus agnoſcit Regiorum. Qui verſui fulcrum hoc addidit librarius, arbitrabatur primam in ἱμάτιον corripi, quæ producitur ſemper. Vide ſupra 530. 540. Theſm. 656. Ran. 1061. Eadem proſodiæ ignorantia occaſionem dedit pervertendæ ſententiæ in verſu abhinc ſecundo.

984. χιτώνιον. In B. χιτώνια, ex inutili librarii emendatione ob præcedens ἀδελφαῖς. De hoc nomine quædam lectu digna habet

Euſtathius, quæ deſcribere eo minus pigebit, quod in eis Comicâ verſum proferat, quem in fragmentis omiſſum fuiſſe credo. Sic ille p. 1166. l. 50. σημείωσαι δὲ ὅτι περὶ χιτώνων καὶ τοιαῦτα φασὶν οἱ παλαιοί. Χιτὼν, ὁ ζωστὸς καὶ γυναικεῖος· ὁ δὲ ἀνδρεῖος, χιτωνίσκος, ὃ τινὲς ἐπενδύτην· τὸ δὲ βραχὺ, χιτωνισκάριον. χιτώνιον δὲ καὶ χιτωνάριον, λεπτὸν ἔνδυμα γυναικεῖον παλυτελές. Μένανδρος·

λελουμένη γὰρ ἡτέρα, καὶ διαφανὴς
χιτωνάριον ἔχουσα.

Ἀριστοφάνης·

ἐνδὺς τὸ γυναικεῖον τοδὶ χιτώνιον.

985. τῇ μητρὶ δ' ἱματίδιον. Vulgo τῇ μητρί τε θοιματίδιον. Articulum reſpuit ſenſus & linguæ indoles. Θοιματίδιον ſignificat *la robe*: ἱματίδιον, *une robe*. Quam perite hîc mendam ſuſtulit Daweſius, eandem relinquere non debebam in Nub. v. 179. ubi legendum:

ἐκ τῆς παλαίστρας ἱμάτιον ὑφείλετο.

Si verſum hunc conferas cum ejusd. fabulæ v. 1498. intelliges quid interſit inter ἱμάτιον & θοιμάτιον, ſeu ſubſtantivum definitum per articulum, & indefinitum ſine articulo. Ad differentiam inter ἀγαθὸν & τὸ ἀγαθὸν non adtenderunt docti viri, qui Philemonis fragmenta vel ediderunt, vel emendarunt, in verſibus e Pyrrho a Stobæo ſervatis in Floril. Grotii p. 211. quos, quia *Almæ Pacis*, qua nihil eſt quod nunc bonorum omnium votis magis expetatur, laudes continent, emendatos hîc ſubjungam:

οἱ φιλόσοφοι ζητοῦσιν, ὡς ἀκήκοα,
περὶ τοῦτό τ' αὐτοῖς πολὺς ἀναλοῦται χρόνος,
τί τἀγαθόν ἐστι· κοὐδὲ εἷς εὕρηκέ πω,
τί ἐστίν. ἀρετὴν καὶ φρόνησίν φασι, καὶ
λέγουσι πάντα μᾶλλον, ἢ τί τἀγαθόν.
ἐν ἀγρῷ διατρίβων, τὴν τε γῆν σκάπτων ἐγὼ,
νῦν εὗρον. εἰρήνη ἐστίν. ὦ Ζεῦ φίλτατε,
τῆς ἐπαφροδίτου, καὶ φιλανθρώπου θεοῦ.
γάμους, ἑορτὰς, ξυγγενεῖς, παῖδας, φίλους,
πλοῦτον, ὑγίειαν, σῖτον, οἶνον, ἡδονὴν

αὐτὴ δίδωσι. ταῦτα πάνυ ἂν ἐκλίπῃ,
τίθηκε κοινῇ πᾶς ὁ τῶν ζώντων βίος.

989. οὐχ ἕνεκεν μισητίας. In IV. codd. ſcriptum μισγητίας; Gl. μίξεως, πορνείας: quod ineptum eſt. μισητίας legebat Euſtathius, ſed perperam interpretabatur, ſignificationem huic nomini tribuens, quam non admittit hujus loci ſententia. Sic ille ad Odyſſ. κ'. p. 1650. extrema. αὐτὸ δέ γε τὸ μισεῖν, κοινότερον ἐπὶ τοῦ ἐχθραίνειν τεθὲν, ἡ κωμικὴ σεμνότης ἐπὶ μίξεων ἔθετο ἀσέμνων. Ἀριστοφάνης γοῦν μισητὸν ἐπὶ καλωφερείας ἔφη, ἤγουν ῥοπῆς ἀσχέτου τῆς περὶ μίξεις. Rurſus occurrit iſtud nomen in Av. v. 1620.

ἐάν τις ἄνθρωπος ἱερεῖόν τῳ θεῶν
εὐξάμενος, εἶτα διασοφίζηται λέγων,
ΜΕΝΕΤΟΙ ΘΕΟΙ, καὶ μὴ ἀποδιδῷ, μισητίαν,
ἀναπράξομεν καὶ ταῦτα.

ubi Scholiaſtes, poſt inepta quædam, ex Euſtathii loco citato ſupplenda, veram dubitabundus profert interpretationem: μήποτε μέντοι γενικώτερόν ἐστιν ἀπληστία, ὃ καὶ νῦν ἐμφαίνεται. Hoc etiam in loco ἀπληστίαν ſignificat. Propter Veneris ἀπληστίαν libidinoſæ mulieres μισήται appellantur, ut in hoc verſu quem profert Euſtathius:

περὶ σφυρὸν παχεῖα μισήτη γυνή.

Et in hoc Cratini, qui eſt apud Heſychium:

μισήται δὲ γυναῖκες ὀλισθοῦσι χρήτονται.

Nihil hoc nomen cum verbo μίσγειν commune habet, nec ab eo derivatur. μισγητία vox eſt nihili, ab imperitis librariis conficta, quamque non agnoſcit græcus ſermo. De poſtremo μισήτη vide Valckenarii elegantes in Ammonium animadverſiones, II. 18.

991. μεμνῆτο. Præteritum optativi. Vide not. ad Lyſ. 253. In B. μεμνοῖτο.

993. Vulgo ſic legitur hic verſus:

ἀλλ' οὐχὶ νυνί γ' ὁ βδελυρὸς τὸν νοῦν ἔχει.

In B. D. ἀλλ' οὐχὶ νῦν γ' ὁ βδελυρὸς τὸν νοῦν ἔχει. Sic etiam membr. niſi quod poſt νῦν particula γε in iis omiſſa, quam expunxiſſe vellem. Demum in C. ut in Orvilliano:

ἀλλ' οὐχὶ νῦν ὁ βδελυρὸς ἔτι τὸν νοῦν ἔχει.

994. μεθίσ]ηκεν. Gl. μετετέθη τῆς διαθέσεως, μετηλλάγη.

999. ἄμητα προσαπέπεμψεν ἡμῖν τευτεί. Vulgo ἄμητά τι προσέπεμψεν. Copulam nullus agnoscit codicum, qui pariter omnes habent, ἄμητα προσέπεμψεν. Veram lectionem servavit auctor Etymol. M. in ἄμης. p. 83.

1005. ἅπαντ' ἐπήσθιε. Vulgo ἅπαντα κατήσθιε. Venustam Toupii conjecturam recepi, quem vide ad Suidam III. 272. Elegans usus est præpositionis ἐπὶ cum verbis comedendi, nominibusque cibi & obsonii. Pace 123.

κολλύραν μεγάλην, καὶ κόνδυλον ὄψον ἐπ' αὐτῇ.

Acharn. 835.

παίειν ἐφ' ἁλὶ τὰν μάδδαν, αἴκα τις διδῷ.

Supra 628. μεμυσ]ιλημένοι ἐπ' ὀλιγίσ]οις ἀλφίτοις. Eadem hic est vis præpositionis in composito ἐπήσθιε.

1008. ἐκφοράν. Gl. ἐνταφιασμόν.

1011. νιτ]άριον ἂν καὶ Φάτ]ιον ὑπεκορίζετο. Sic optime Bentleius, cui præluxerat Tan. Faber ad Lucretium IV. 1164. Nihil mendosius vulgata lectione νιτάριον ἂν καὶ βάτιον, quæ absurdissimas peperit interpretationes. In meo scriptum νιτ]άριον: in C. αἴσθοιτο μὲν ἀτάριον, superscripto ι primæ literæ postremæ vocis.

1012. ἔπειτ' ἴσως ἥτησ' ἂν εἰς ὑποδήματα. Sic optime duo Regii. Ipsa sunt vetulæ verba, v. 983. quæ facete ei regerit Chremylus. In meo ἥτησεν ἂν εἰς ὑ — quod eodem redit. Minus bene in membr. ἥτησεν εἰς ὑ — omisso ἄν. Male vulgo ἔπειτ' ἴσως ἥτησεν ἄν σ' ὑποδήματα.

1018. παῖ]καλας. Sic membr. Vulgo παῖ]καλους.

1019. ὁπότε προτείνειάν γε δραχμὰς εἴκοσιν. Sic membr. Vulgo προτείνοιεν. Mendose in C. προτείνειεν. Non alium apud Comicum versum esse credo, in quo nominis δραχμὴ prior producatur. Alterum in Pace 1201. quem unicum esse credebat Daweſius, emendavimus. Forte hîc olim legebatur:

ὁπότε προτείνειαν τάχα δραχμὰς εἴκοσιν.

1020. ὄζειν τε τῆς χρόας ἔφασκεν ἡδύ με. Vulgo conſtructione admodum intricata, ſi modo aliqua eſt, ἡδύ μου. Si pronomen in genitivo ſit, nomen a quo pendet debet eſſe in accuſativo, quod diu ante Hemſterhuſium intellexit librarius, cujus manu deſcriptus fuit cod. C. In eo enim exſtat: ὄζειν δὲ τὰς χρόας ἔφασκεν ἡδύ μου. Sed ad aliam lectionem refertur gloſſa, ὀσμὴν ἐξιέναι ἀπὸ τοῦ σώματος, ſcilicet ad eam, quam repoſuimus: καὶ ἔφασκεν ὄζειν με ἡδὺ τῆς χρόας. Verbum ὄζω neutrum conſtruitur cum genitivo partis illius quæ odorem emittit, per ellipſin præpoſitionis ἀπό. Acharn. 852. ὄζων κακὸν τῶν μασχάλων. Ineptum fuiſſet addere ἑαυτοῦ, ut nec additur in his Pherecratis verſibus apud Athenæum p. 159. F.

μή μοι φάκους μὰ τὸν Δί' · οὐ γὰρ ἥδομαι.
ἢν γὰρ τράγῳ τις, τοῦ σίόματος ὄζει κακόν.

Concion. 524. εἰ τῆς κεφαλῆς ὄζω μύρου. Non vero τῆς κεφαλῆς μου. Quo in exemplo vides ὄζειν conſtrui etiam cum altero genitivo odoris, ſeu nominis quod odoris ſpeciem definit. Confer Lyſ. 616. 663. 687. Alibi ὄζει impersonale eſt, itidemque cum duobus genitivis conſtruitur, ut Pace 529. Veſp. 1058.

1022. τὸ βλέμμα δ' ὡς — Sic A. B. D. Vulgo τὸ βλέμμα δ' ὡς —

1030. Sic vulgo legitur hic verſus:

ἢ μηδ' ὁτιοῦν δίκαιον ἀγαθὸν ἔσθ' ἔχειν.

Intricatior obſcuriorque ſtructura, quam ut in ea poëtæ manum agnoſcas. Nil tamen diſcrepabant quos contuleram tres codd. Vero propius accedit Hemſterhuſii conjectura: ἢ μηδ', ὁτιοῦν ἀγαθὸν δίκαιον ἔσθ' ἔχειν. Quam verborum collocationem vulgatâ meliorem demum reperio in C. Sed pro δίκαιον dubium non eſt quin ſcripſerit poëta multo elegantius δίκαιος:

ἢ μηδ' ὁτιοῦν δίκαιος ἀγαθὸν ἔσθ' ἔχειν.

Nub. 1283.

πῶς οὖν ἀπολαβεῖν ταργύριον δίκαιος εἶ;

1434. — ἐπεὶ σὺ μὲν δίκαιός εἰμ' ἐγὼ κολάζειν.

Euripid. Supplic. 188.

ἐγὼ δίκαιός εἰμ' ἀφηγεῖσθαι τάδε.

Heracl. 143.

— τ' δίκαιοι δ' ἐσμὲν, οἰκοῦντες πόλιν,
αὐτοὶ καθ' αὑτῶν κυρίους κρίνειν δίκης.

Nihil apud quosvis ſcriptores hac conſtructione frequentius.

1037. εἰ τυγχάνει γ' — Vulgo εἰ τυγχάνει. KUSTERUS: *Potius* εἰ τυγχάνοι *in modo optativo.* HEMSTERHUSIUS: τυγχάνοι *cur mallet* Kuſterus, *cauſa non erat: utrumvis æque ex uſu linguæ græcæ ponere licebat.* Mira obſervatio! Si quid ex uſu ſcriptorum Atticorum compertum habeo, illud eſt, τυγχάνει hic plane ſolœcum eſſe. εἰ conditionale cum optativo ſemper conſtruitur, quando in altero membro præcedit vel ſequitur verbum ejusdem modi cum particula ἄν: nec aliter uſquam Comicus.

Lyſ. 111.

ἐθέλοιτ' ἂν οὖν, εἰ μηχανὴν ΕΥΡΟΙΜ' ἐγὼ —

Theſm. 773.

τί δ' ἄν, εἰ ταδὶ τἀγκάλματ' ἀντὶ τῶν πλακτῶν
γράφων ΔΙΑΡΡΙΠΤΟΙΜΙ;

1221. ἴτ' ἂν καλαλαΐους, εἰ ΔΙΩΚΟΙΣ ταυτηί.

Ran. 533.

ἐμοῦ δεηθείης ἄν, εἰ θεὸς ΘΕΛΟΙ. Ubi vide notam.

585. κἂν εἴ γε ΤΥΠΤΟΙΣ μ', οὐκ ἂν ἀντείποιμί σοι.

Quatuor paginas exemplis e ſolo Ariſtophane implere poſſem.

Æſchyl. S. Th. 405.

εἰ γὰρ θανόντι νὺξ ἐπ' ὀφθαλμοῖς ΠΕΣΟΙ,
τῷ τοι φέροντι, σῆμ' ὑπείρκομπον τόδε
γένοιτ' ἂν ὀρθῶς ἐνδίκως τ' ἐπώνυμον.

Sophocles Philoct. 1047.

πῶς ἂν λέγειν ἔχοιμι πρὸς τὰ τοῦδ' ἔπη,
εἴ μοι ΠΑΡΕΙΚΟΙ.

Nullum eſt horum verborum optativorum, quod in indicativum modum translatum, orationem ſolœcam non reddat. Lyſias contra Ergoclem p. 818. καὶ γὰρ δεινὸν ἂν εἴη, εἰ νῦν μὲν οὕτως αὐτοὶ διαζώμενοι

ταῖς εἰσφοραῖς, συζυγώμην τοῖς κλέπτουσι καὶ τοῖς δωροδοκοῦσιν ΕΧΟΙΤΕ. In Xenophontis Hierone I. 8. prava eſt editionum lectio, e Stobæo ſic reformanda: καὶ ὁ Σιμωνίδης εἶπεν· ἀλλ' ἐν τοῖσδε διαφέροι ἄν, εἰ πολλαπλάσια μὲν δι' ἑκάστου τούτων ΕΥΦΡΑΙΝΟΙΤΟ, πολὺ δὲ μείω τὰ λυπηρὰ ΕΧΟΙ. Quod ad hunc locum attinet, litem dirimunt duo Regii codd. In B. ſcriptum εἰ τυγχάνοι γ' — In C. εἰ τυγχάνοι δ' ὁ δακτύλιος τηλία. Gloſſa ad poſtremam vocem, κοσκινοῦ κύκλος: in meo κοσκινόγυρος.

1044. τῆς ὕβρεος. Sic vett. editt. recte. Perperam in minoribus Batavis ὕβριος. Atticam formam ὕβρεως codicum conſenſus contra metri legem tueri non poteſt. Male eam repoſuit Kuſterus.

1045. ὠρακείναι. Vulgo, reclamante metro, ἐωρακέναι.

1061. πλυνόν με ποιῶν. Gl. ἐφύβρισέν, καλαπεπλυμένην ὀνείδεσι καὶ μυκτηρισμοῖς. Pollux VII. 38. καὶ πλυνεὰς δ' ἂν αὐτοὺς εἴποις, καὶ τὸν τόπον πλυνούς. ἀφ' οὗ καὶ τὸ λοιδορεῖν, ΠΛΥΝΕΙΝ. καὶ ΠΛΥΝΟΝ ΜΕ ΠΟΙΕΙΣ ἡ κωμῳδιά φησιν, ἤγουν ἐξονειδίζεις, ἢ αἰσχύνεις. Verbum πλύνειν eo ſenſu occurrit Acharn. 381.

1062. μέντ' ἄν. Sic A. B. recte. Vulgo μέν γ' ἄν.

1063. ἐπεὶ νῦν μὲν — Sic IV. codd. Vulgo ἐπεὶ μὲν νῦν.

1064. εἰ δ' ἐκπλυνεῖται — ὄψει — Quia ſupra de particula εἰ cum optativo conſtructione egi, hujus loci occaſione monebo, eam ſæpe cum futuro indicativo conſtrui, tumque in redditione ſententiæ, alterum verbum etiam in futuro indicativo poni. Solœciſmus eſt in Philemonis verſibus e Rhodia apud Stobæum, Floril. Grotii pag. 449.

εἰ πάντες ἀποθανούμεθ', οἷς μὴ γίνεται
ἃ βουλόμεθα, πάντες ἀποθανούμεθα.

Dediſſet ſaltem ἀποθανούμεθ' ἄν. Sed e veteri codice legendum:

εἰ πάντες ἀποθανούμεθ', οἷς μὴ γίγνεται
ἃ βουλόμεσθα, πάντες ἀποθανούμεθα.

1065. τοῦ προσώπου τὰ ῥάκη. Sic recte IV. codd. Ab imperito homine, ſive is librarius fuerit, ſive Aldinæ officinæ corrector, fulcrum ſubditum verſui, quo non indigebat, τοῦ προσώπου γε τὰ

βάκη. Eandem particulam inſulſe inferſerunt aliis in Comici noſtri verſibus, ex ignorantia proprietatis literæ β. In Veſp. 982.

ἐς κόρακας. ὡς οὐκ ἀγαθόν ἐστι τὸ βοᾶν.

Nub. 416. μήτε βιγῶν ἄχθει λίαν, μήτ' ἀρισταῖν ἐπιθυμεῖς.

Vulgo legitur ἐστί γε τὸ βοᾶν. & μήτε γε βιγῶν. Ibid. v. 647. edidi:

ταχύ γ' ἂν δύνοιο μανθάνειν περὶ ῥυθμῶν.

ubi vulgo σὺ περὶ ῥυθμῶν. Bene tamen in impreſſis ferebatur v. 344.

κοὐχὶ γυναιξὶν, μὰ Δί' οὐδ' ὁτιοῦν. αὗται δὲ βῆνας ἔχουσιν.

in quo mendoſos eſſe plerosque codd. oſtendam. In Pace v. 740. bene etiam vulgo legitur:

ἐς τὰ βάκια σκώπτοντας ἀεὶ, καὶ τοῖς θέαισιν πολεμοῦντας.

At ejusd. fabulæ v. 699. in notiſſimo verſu proverbiali, qui nullibi non recte ſcriptus occurrit:

κέρδους ἕκατι κἂν ἐπὶ βύβλους πλέοι.

ineptiſſime Comici editores articulum inferſerunt ἐπὶ τὰς βύβλους. Erudite Pariſinus Profeſſor ad Sophoclis Œd. T. verſum 866. cujus ſinceram ſcripturam adſerueram in nota ad Eurip. Or. 857. obſervat, *omnes voces ab* β *incipientes* IN ATTICA DIALECTO *duplicis* ββ *poteſtatem habere, quod indubitatæ fidei exemplis probaviſſe Cl. Dawes, Miſcell. Crit. p.* 159. Si, quum illa ſcriberet, ei ad latus adſtitiſſem, aurem ei velliſſem, ſubmonuiſſemque, ut verba illa IN ATTICA DIALECTO deleret. Nam quicunque græcæ linguæ indolem & dialectorum diſcrimina novit, is compertum habet, hoc non magis Atticæ dialecti, quam cujusvis alius, proprium eſſe; niſi forte Theocritus etiam in cenſum Atticorum poëtarum veniat. Sic enim ille in Adoniazuſis 138.

τὰν μὲν Κύπρις ἔχει, τὰν δ' ὁ ῥοδόπαχυς Ἀδωνις.

& in colloquio Daphnidis & puellæ 48.

τί βέβηκεν, σαλπύρικτε; τί δ' ἔνδοθεν ἄψαο μασδῶν;

& in Epigrammate I.

τὰ βόδα τὰ δροσόεντα, καὶ ἃ κατάπυκνος ἐκείνα.

Vide Idyll. I. 125. Atticus etiam poëta fuerit Callimachus, cujus hic eſt verſus Epigr. XII.

τὸ τρίτον ἠνίδ' ἔπινε· τὰ δὲ ῥόδα φυλλοβολεῦντα —

Scilicet apud poëtas græcos omnes ab Homero inde usque ad Nonnum vocales breves producuntur ante vocem ab ῥ incipientem, idque ex vi hujus literæ, quæ in pronuntiando geminabatur. Vide notam ad v. 51.

1078. οὐκ ἄν ποτ' ἄλλῳ τοῦτ' ἐπέτρεπον ποιεῖν. Secunda in ἐπέτρεπον hîc producta eſt contra artem & Comici uſum. Quis dubitet, quin ille ſcripſerit?

οὐκ ἄν ποτ' ἄλλῳ τοῦτό γ' ἐπέτρεπον ποιεῖν.

1082. διαλεχθείην. Gl. ὁμιλήσαιμι. Pollux II. 125. Ὑπερίδης δὲ, διειλεγμένος ἐπὶ ἀφροδισίοις. Ἀριστοφάνης δὲ, διαλέξασθαι ἔφη. Hic διαλεχθῆναι, pro ὁμιλῆσαι, μιχθῆναι accipi quidem poſſit. Non tamen alium ſenſum Comici animo obverſatum fuiſſe credo, ac Nub. 425. ubi de Diis, quos vulgus hominum colebat, Strepſiades ait:

οὐδ' ἂν διαλεχθείην ἀτεχνῶς τοῖς ἄλλοις, οὐδ' ἂν ἁπάντων.

διεσπλεκωμένῃ. Perperam vulgo legitur διεσπεκλωμένῃ. Σπλεκοῦν agnoſcit Pollux V. 93. Heſych. σπλεκοῦν, πλησιάζειν, συνουσιάζειν, περαίνειν. In Lyſ. v. 152. εἶνσιτ' ἂν ἄνδρες, κἀπιθυμοῖεν πλεκοῦν. Sic ibi ſcriptum eſt in codd. Gloſſa in B. συνουσιάζειν, ἤτοι πλέκεσθαι. Eandem ſcripturam exhibet princeps editio, πλεκοῦν. Zanettus vero, neſcio qua auctoritate edidit σπεκλοῦν. Si codicis alicujus fidem ſecutus eſt, in eo librarii errore, ut in hoc loco, transpoſitæ erant literæ; debebat ſcribere σπλεκοῦν. Idem autem eſt πλεκοῦν & σπλεκοῦν, ut μικρὸς & σμικρὸς, μίλαξ & σμίλαξ, aliaque multa. Gloſſa ad hunc locum in C. συνουσιασμένῃ, διεφθαρμένῃ. Neſcio cur Joanni Alberti, Viro eruditiſſimo, Miſcellan. Crit. p. 285. viſum fuerit, melius lectûm iri διεσπλεκουμένῃ. Sane participium præteriti, non præſentis, requirit ſententia. In μυρίων ἐτῶν jocus eſt ex ambiguo, quia poſtremum nomen & *annos* & *amicos* ſignificat.

1085. ξυνεκποτί' ἐστί. Sic bene membr. Tres alii, reclamante metro, ξυνεκποτέον ἐστί. Eleganter Attici verbalia in τέον numero plurali efferunt, quod obſervatum fuit Corintho de Dial. Attic. §. LXIII. Lyſ. 124.

ἀφειδία τοίνυν ἐστὶν ἡμῖν τοῦ πέους.

411. ἐμοὶ μὲν οὖν ἔστ' ἐς Σαλαμῖνα πλευστέα.

Acharn. 394.

κἀμοὶ βαδιστέ' ἐστὶν ὡς Εὐριπίδην.

Sophocles Antig. 677.

οὕτως ἀμυντέ' ἐστὶ τοῖς κοσμουμένοις,
κοὔτοι γυναικὸς οὐδαμῶς ἡσσητέα.

Quorum verſuum poſteriorem imitatus eſt Noſter Lyſ. 450.

ἀτὰρ οὐ γυναικῶν οὐδέποτ' ἔσθ' ἡττητέα.

Nihil apud Atticos poëtas frequentius.

1087. τρύγοισος. Gloſſa: τὸ σακελισθήριον.

1093. ὑπεπίτλουν. Tres Regii claudicante metro ἐπίτλουν. Sic etiam in meo a prima manu: ſed omiſſam ſyllabam ὑπ idem librarius ſuperne repoſuit. Gloſſa: ἐγάμουν. Vide Kuſteri notam ad Schol. 1082. Hoc exemplo confirmatur obſervatio quam feci ad Lyſ. 408. In ſcholiis codicis C. licet contextus exhibeat ἐπίτλουν, legitur: ἐπίτλων] τουτέστιν ἐφίλουν, ἐμιγνύμην. πιτλῶ δὲ κυρίως ἐστὶ τὸ τὰς πᾶς πίσσῃ χρίω, καὶ τὸ τρὰ διεῤῥωγότα τῶν ξύλων ἐνοῦν. Advertas verbum φιλεῖν adhibitum eadem ſignificatione, qua in Ran. emendato verſu 543. Vide notam ſupra p. 230. Formam πιτλοῦν Atticis ſcriptoribus uſitatam fuiſſe oſtendit Hemſterhuſius: altera πιτλᾶν e ſolis Grammaticis nota.

1096. λεπάς. Scholion Mſ. in meo cod. Λεπάς ἐστιν εἶδος ἐσθίου, ὅπερ λαβόμενον πέτρας ἐπισχυρίζεται, (in C. ἀπισχυρίζεται) καὶ δυσαποσπάστως ἔχει. καὶ

οὐκ ἄν τις αὐτὸ ῥᾳδίως ἀποσπάσοι,
πρὶν ἄν τι τῆς πέτρας ἀποῤῥήξῃ μέρος.

τοῦτο καὶ ἐπὶ τοῦ πολύποδος λέγεται. (in C. γίνεται) Cujusnam ſint poëtæ duo illi haud invenuſti ſenarii neſcio. In priore male C. habet ἀποσπάσῃ. In poſteriore male uterque cod. πρὶν ἂν καὶ τῆς — Meus, ἀποῤῥήξει.

1097. ὁ κόπλων. Non minus bene B. ὁ κόψας. Nub. 133. τίς ἔσθ' ὁ κόψας τὴν θύραν;

1099. ἄλλως. Gl. μή τινος κινοῦντος. μάτην. — κλαυσιᾷ, ἠχεῖ. — σέ τοι, σε τοι λέγω, Καρίων — In membr. ita conſtitutus hic locus:

σέ τοι λέγω,

ὁ Καρίων, ἀναμεινον. —

In C. σέ τι λέγω, Καρίων, ἀνάμεινον. Quin membran. lectionem, quæ mihi valde arridebat, tanquam ſinceram amplecterer, expuncto altero σέ τοι, obſtitit v. 624.

ὦ παῖ Καρίων, τὰ σῤῥώματ' ἐκφέρειν σ' ἐχρῆν.

Nunc meæ me ſocordiæ piget pudetque. In illo verſu edendum erat:

παῖ Καρίων, τὰ σῤῥώματ' ἐκφέρειν σ' ἐχρῆν.

Hic vero poëtæ vera manus reſtitui ſic debuit:

ΕΡΜΗΣ.

σέ τοι λέγω,

ὁ Καρίων, ἀνάμεινον.

Prima in Καρίων neceſſario producitur, quum ſervile hoc nomen deriveture a regionis nomine Καρία, unde Κᾶρες, prima in utroque ſemper producta. In v. 624. IV. codd. exhibent παῖ Καρίων: in nullo comparet ὦ, ne quidem ſuperne ſcriptum pro ſigno vocativi, quem gloſſatorum fuiſſe morem ad v. 366. obſervavi. Ad codicum cum impreſſis diſcrepantiam non ſatis adtenderam, Hemſterhuſio, cui vulgata lectio ſuſpecta non fuerat, plus, quam par erat, tribuens. Nunc occaſione hujus verſus, codices qui ad manum ſunt rurſus adii, & in nullo ὦ παῖ ſcriptum eſſe teſtor. In hoc verſu elegans eſt lectio σέ τοι λέγω, ὁ Καρίων, ἀνάμεινον. Sic ſæpe qui famulum vocat articulum addit nomini: vide Ran. 40. 271. 521. quibus in locis nominativus eſt pro vocativo, quod Atticis ſolemne eſt.

Jam ſi quis Comicorum quæ ſuperſunt relliquias omnes excutiat, nullibi, opinor, nomen illud Καρίων prima correpta reperiet. In Euphronis Synepheborum fragmento apud Athenæum p. 377. D. duo iſti leguntur ſenarii:

ὁταν ε | ρανισ | ϑαις, Κα | ριων | δικ | κοπης.
εϛιεφα | λος ηλ | λοιω | το, δει | δε Κα | ριων.

1105. τὴν κύνα. Perperam in membr. τὸν κύνα.

1117. τότε, *tunc*, ſcilicet quando iſta vobis ſacrificia fiebant: ſeu ſimpliciter, *olim*, *antea*. Vide not. ad Lyſ. 1023. Theſm. 13. Minus bene interpretatur Berglerus: *tunc, quum cæcus eſſet Plutus.*

1121. οἰνοῦτλαν. Scholion Mſ. οἰνοῦτλα μὲν ἐστὶν ἡ κοινῶς λεγομένη μουσλόπιτλα. μελιτλοῦτα (vide ad Lyſ. 601.) δὲ, ὃ κοινῶς εἰώθαμεν λέγειν ἀπόθερμον.

1123. ἀναβάδην. Gloſſæ: ὕπλιος. τιθέμενος τὸν ἕνα πόδα ἐπάνω τοῦ ἑτέρου.

1128. εἶμοι δὲ κωλῆς, ἧς ἐγὼ κατήσθιον. Vulgo ἣν, contra Atticiſmi rationem & Comici uſum. Bene Hemſterhuſius, etſi nullo ſuffragante codice, ἧς repoſuit. Vide not. ad Theſm. 835. In Veſp. 467.

τῶν νόμων ἡμᾶς ἀπείργεις, ὧν ἔθρεπτεν ἡ πόλις.

Non οὗς — Mox ſequitur

σκελαΐχνων τε θερμῶν, ὧν ἐγὼ κατήσθιον.

1129. ἀσκωλίαζ'. Jocus in paronomaſia e nomine κωλῆ. De verbi ſignificatione vide Meurſium Gr. Fer. in ἀσκώλια; & Virgilii interpretes ad illa in Georg. II.

Atque inter pocula læti
mollibus in pratis unctos ſaluere per utris.

1132. ἴσον ἴσῳ κεκραμένης. Sic bene in codd. ſcriptum: at in impreſſis perperam ἶσον ἴσῳ: unde ſic verſum dimetiri neceſſe eſt:

οιμοι | δε κυλι | κος ι | σον ισῳ | κεκρα | μενης.

Quod ad v. 514. recte obſervaverat Hemſterhuſius, miror ad id hoc loco eum non adtendiſſe, *perquam incommode cadere ἴσον eodem in verſu repetitum variata ſyllabæ quantitate.* Quod etiamſi commode in aliis vocibus fieri poſſet, tamen in ἴσον locum non haberet, cujus ſemper apud Comicum prima corripitur. Id jam obſervaverat Bentleius in Menandreis p. 108. Confer not. ad 225.

1133. Signum interrogationis in fine hujus verſus poni debuit. Aliquid præcipientes, jubentes, verbo φθάνω utuntur cum negatione per interrogationem. Sic Euripides Iph. T. 245.

χέρνιβας δὲ καὶ κατάργματα
οὐκ ἂν φθάνοις ἂν εὐτρεπῆ ποιουμένη;

Quod nihil aliud valet, quam ταχέως εὐτρεπῆ ποιοῦν. Heracl. 722.

ὅπλων μὲν ἤδη τήνδ' ἐρᾷς παντευχίαν·
φθάνοις δ' ἂν οὐκ ἂν τοῖσδε συσκευάσμασιν δέμας;

id eſt ταχέως τοῖσδε σύσκευάσμασι δέμας. Sic ſupra 874.

σὺ μὲν εἰς ἀγορὰν ἰὼν ταχέως οὐκ ἂν φθάνοις;

1140. ὁπότε — ὑφέλοι. Sic bene Daweſius emendat. Quod vulgo legitur ὑφείλου ſolœcum eſt, & metrum peſſumdat: nec illud eſt in vetuſtioribus libris. In B. C. ὑφέλου cum gloſſa haud parum inepta, ὑφείλου, ἐκβολῇ τοῦ ι. At in membr. perſpicue ſcriptum ὑφέλεις, ad veram lectionem multo propius, poſito ſaltem verbo in eo modo, quo poni debuit. Sed *ſurripiendi*, *ſuffurandi* ſignificatio in formam activam non cadit. ὑφαιρεῖν *ſubtrahere*, *ſubruere* ſignificat, ut ſupra 689. & in hoc Luciani exemplo T. II. p. 151. καὶ ταῦτα ὑπορυττούσης, καὶ τοὺς θεμελίους ὑφαιρούσης τῆς διαβολῆς. Sic ἀφαιρεῖν *eximere*, *demere*, nullo ad agentis commodum reſpectu. In Lyſ. 1028. ubi ſenex mulierem orans, ut ſibi culicem ex oculo eximat, ait:

ἐκσκάλευσον αὐτό· κἄτα δεῖξον ἀφελοῦσά μοι.

In Ran. 657. ubi Xanthias ait, τὴν ἄκανθαν ἔξελε: ſalva linguæ indole dici non potuiſſet ἀφελουμένη & ἐξελοῦ. In Philemonis verſibus apud Stobæum p. 453. ubi Grotius edidit,

τὸ κακὸν ἀφαιρεῖται, ἀγαθὸν δὲ λαμβάνει.

Veram lectionem, quam ingenio adſecutus eſt Bentleius, cod. Regius exhibet

τὸ κακὸν ἀφαιρεῖ, τἀγαθὸν δὲ λαμβάνει.

At vero ubi quis quid capit, quod in commodum ſuum vertat, quo utatur, fruatur, tum forma media adhibetur, nec amplius activa. Vide Theſm. 761. 812. 844. 935. Sophocles Philoct. 376.

εἰ τἀμὰ κεῖνος ὅπλ' ἀφαιρήσοιτό μι.

Nub. 179.

ἐκ τῆς παλαίστρας ἱμάτιον ὑφείλατο.

1199. ἵν' ὡς τάχιστα τὰ πτυτάνει' ὑφειλόμην.

Bene Veſp. 556. legitur ad metri & conſtructionis legem, εἰ ταὐτὸς

πώποθ' ὑφείλου. Vide ibid. 958. 1201. Ran. 148.

ἢ παῖδα κινῶν τἀργύριον ὑφείλετο.

1242. μεταξὺ θύων; καὶ τίς αὖθ' ὑφείλετο;

Infinita cum ex Ariſtophane aliisque Comicis, tum ex oratoribus, colligi poſſent exempla, quibus conſtat *ſuffurandi* notionem ſoli verbo medio competere, quod paulo longius exſecutus ſum, ne ex iis, qui neminem hodie plus ſapere arbitrantur, quam ſapuerunt olim librarii, quispiam cavilletur, contendatque a membranis oblatum ὑφέλοις retineri debuiſſe. Nihil aliud eſt quam ſcribæ error, cujus geminus gemellus obſervatus fuit ad Ran. 437. ubi αἴρεις e ſuo codice Aldus ediderat, pro αἴρει, ut hic ſcriptum ὑφέλοις pro ὑφέλει.

1141. μετέχειν καὐτός. Sic IV. codd. Vulgo αὐτός.

1146. Phylen occupavit Thraſybulus anno 4. Olymp. XCIV. Proinde in priore Pluto verſus hic eſſe non potuit, nec v. 550. Vide not. ad v. 115.

1147. ἀλλὰ ξύνοικον. In B. C. ἀλλὰ σύνοικον. In membr. ἀλλά γε σύνοικον. Vulgo ἀλλ' οὖν σύνοικον. Vide not. ad Theſm. 601.

1150. τί δέ; ταὐτομολεῖν. (ſic excudi debuit. δαὶ me imprudente & invito ſe intruſit.) Vulgo legitur τί δέ γ' αὐτομολεῖν, perperam omiſſo articulo, quem loquendi recta ratio neutiquam abeſſe patitur. In membr. τί δαὶ ταὐτομολεῖν — Emendatius in C. τί δὲ ταὐτομολεῖν. In meo idem quod in membr. ſcripturæ vitium, ſed melior diſtinctio. τί δαί. ταὐτομολεῖν. Scholion Mſ. αὐτόμολός ἐστιν ὁ οἰκείᾳ θελήσει λιπὼν ἐκείνους, μεθ' ὧν ἦν, καὶ πρὸς ἄλλους ἐλθών. Τὸ ἐξέρχεσθαι ἀπὸ τῶν οἰκείων καὶ εἰσέρχεσθαι πρὸς τοὺς ἀλλοτρίους, ἀσθενῶν ἐστίν;

1161. τοίνυν ἔσομαι. Sic IV. codd. ſine inſerta quam impreſſi exhibent particula.

1167. ἐν πολλοῖς γεγράφθαι γράμμασιν. Gl. ἐγγεγραμμένοι εἶναι δικασηρίοις. Supra 972. ἀλλ' οὐ λαχοῦσ' ἔπινες ἐν τῷ γράμματι;

1170. ἵν' εὐθέως διακονικὸς εἶναι δοκῇς. Vulgo εἶναί μοι δοκῇς. Pronomen ſententiæ inutile eſt: immo melior ea, ſi generalior ſit:

μὲ

ut satim idoneus exsequendis ministeriis videaris, non mihi solum, sed quibuscunque, qui te opus facientem videbunt. At numeros prorsus corrumpit: ab imperito homine insertum fuit, cui versus hoc tibicine indigere videbatur, quia secundæ in διακονικὸς syllabæ modulum ignorabat: producitur ea semper apud quosvis poëtas. Vide Av. 73. 74. Euphronis versum citatum supra ad 1099. Menander apud Athenæum p. 172. D.

τί τοῦτο, παῖ; διακονικῶς γὰρ, νὴ Δία,
προελήλυθας.

Strato Epigr. XXXVI. ad probatissimorum apographorum fidem:

αἰσχὸν ἂν πλερύγεσσιν Ἀγρίππαν τὸν καλὸν ἡμῶν
ἤδη πρὸς μακάρων ἦγε διακονίας.

α, quia longum est, in η vertunt Iones, διήκονος.

1172. τί δ' ἐστὶν — Hæc & quæ in sequentibus famulo vulgo tribuuntur, in heri partes transferunt tres Regii.

1185. Hic versus etiam Chremylo tribuitur in membr. & in C. nec ulla est decori ratio quæ eum illi abjudicet. In B. persona est famuli. τὰ νομιζόμενα. Gl. τὰ κατὰ τοὺς νόμους ὀφειλόμενα. Schol. νόμος ἦν τὰ ὑπολειπόμενα τοῦ ἱερείου τὸν ἱερέα λαμβάνειν, δέρματα καὶ κῶλα. (leg. κωλᾶς) παίζων οὖν κἀνταῦθα φησὶ λαμβάνειν αὐτὸν τὰ νομιζόμενα ἐκ τῶν ἀφοδευμάτων. Vide not. ad Thesm. 758.

1187. χαίρειν ἐάσας. Gl. φθείρεσθαι ἀφείς. Thesm. 64. ὦ δαιμόνιε, τοῦτον μὲν ἔα χαίρειν.

1191. ἰδρυσόμεθ' οὖν αὐτίκα μάλ', ἀλλὰ περίμενε. Sic IV. codd. Vulgo ἰδρυσόμεσθ' οὖν αὐτίκ', ἀλλά — Vide Meursii Cecropiam capp. 26. 27.

1198. ἰδρυσόμεθα. Sic rursus IV. codd. Vulgo ἰδρυσόμεσθα. Vide Danaïdum fragm. XII.

1204. In tribus Regiis hi versus Chremylo tributi sunt; unde satis liquet librarii errore in B. positam fuisse Carionis personam ante v. 1185. Utroque in loco Hemsterhusii judicium secutus sum, probabile illud quidem, ingeniosisque suffultum rationibus. Nunc tamen video nullas in extrema fabula Carionis partes esse debere. Is cum

Mercurio domum ingreditur poſt v. 1170. nec amplius in ſcenam prodit. Tollatur itaque binis in locis ejus perſona, eique ſufficiatur Chremylus. In meo cod. Sacerdos primum cum famulo confabulatur: inducitur herus v. 1191. tribuunturque ei rurſus verba τὸν Πλοῦτον, v. 1196. τὰς χύτρας, v. ſeq. πάντα σοι, v. 1201. reliqua famulo. Hæc diſtinctio vulgata, cujus vitium ſcite exſecutus eſt Hemſterhuſius, utique eſt melior; ſed ingenio librarii debetur: conjecturisque illis omnibus potior eſt trium Reg. codd. fides, præſertim antiquiſſimorum A. C. qui nullas prorſus famulo partes tribuunt, poſtquam Sacerdos ſcenam ingreſſus eſt.

1205. ταῖς γὰρ ἄλλαις μὲν χύτραις. Perverſe in IV. codd. ταῖς μὲν γὰρ ἄλλαις. Vulgo ταῖς μὲν ἄλλαις γὰρ — Concinniore ordine voces diſpoſuimus.

1207. ἐπιπολῆς ἔπεισιν. Sic bene Hemſterhuſius in notis. Vulgo ἔνεισιν. Supra 185.

ἐφ' οἷς ἂν οὗτος ἐπικαθέζηται μόνος.

996. καὶ τἄλλα τἀπὶ τοῦ πίνακος τραγήματα ἐπόντα.

Ran. 928. ἐπ' ἀσπίδων ἐπόντας γυναικείους. 1046.

ἀλλ' ἐπί σοί τι καὶ τοῖς σοῖσιν πολὺ πολλοῦ ἐπικαθῆτο.

Licet nihil frequentius occurrat, præpoſitionis repetitio librariorum offendiſſe videtur, qui in locum idonei & proprii verbi ἔπεισι, alienum ἔνεισι ſuppoſuit.

1208. τοίνυν εἰκὸς — Sic C. In duobus aliis Regiis τοίνυν μέλλειν, omiſſo in A. εἰκὲς, quod B. habet in verſus fine.

FINIS NOTARUM IN PLUTUM.

---

1 9 1918

ADDENDA notis in Plutum.

V. 115. Apud Suidam legitur hæc nota: Ἀναπηρίαν. οὕτως Ἀριστοφάνης Πλούτῳ. In fabula quam habemus, vox illa, quantum recordor, non occurrit. Erant forte prioris Pluti exemplaria, in quibus sic scriptus erat hic versus:

ταύτης ἀπαλλάξειν σε τῆς ἀναπηρίας.

Hesych. ἀναπήροις, τυφλοῖς. ἀνάπηρος, πηρὸς, τυφλὸς, νοσώδης.

438. ποῖ τις φύγῃ; Quod hic contra modorum rationem vitium ex Daweſii obſervatione ſublatum fuit, ſæpe in libris occurrit ab editoribus non animadverſum, cujusmodi tamen plurima e codicibus emendari poſſent. In Poſidippi Epigr. XVI. perperam poſt alios edidimus ποίαν τις βιότοιο τάμοι τρίβον; quod etiam ſolœcum eſt. In Regio Stobæi cod. ad linguæ normam ſcriptum eſt: ποίαν τις βιότοιο τάμῃ τρίβον; Supra v. 374. ubi legebatur ποῖ τις οὖν τραπόιτο; obſervare poteram alibi ſimilem culpam commiſiſſe librarios. In Ran. 488. οὔκουν ἕτερὸς ταῦτ' εἰργάσατ' ἀνήρ. ubi itidem ἂν, quod repoſui, mutatum fuerat in οὖν, contra linguæ indolem.

788. ὦ φίλταθ' ἀνδρῶν. Sic codd. omnes. Gloſſa in C. Πλεῦτε. In meo ad καὶ σὺ, καὶ σὺ, gl. Χρεμύλε, Πλοῦτε. Unde ſatis liquet priora verba ὦ φίλταθ' ἀνδρῶν ad Plutum directa eſſe: quod confirmat etiam Suidas, qui non ἀνδρῶν, ſed ἄνερ legebat. Ad hunc enim verſum reſpicit in hac nota: Ανερ. παρὰ Ἀριστοφάνει ἐν Πλούτῳ· Φίλταθ' ἄνερ. χρῆσις τοῦ ἄνερ οὐκ ἐπὶ τοῦ ἀνδρὸς τῆς γυναικὸς εὑρέθη κλητικὴ, ὥσπερ ἐκεῖ ἐστὶ παρὰ τῷ ποιητῇ· (Il. ω'. 725.) ἄνερ, ἀπ' αἰῶνος νέος ὤλεο. Ex Suidæ obſervatione manifeſtum eſt eum in φίλταθ' ἄνερ Plutum intellexiſſe. Quod vero ſtatuit vocativo ἄνερ mulieres ſolitas non fuiſſe maritos ſuos compellare, hujus rei penes eum fides eſto. Sane apud Comicum occurrit vocativus ὦ ἄνερ Lyſ. 518. Conc. 531. aliisque forte in locis, quos excutere non vacat.


ARGENTORATI

TYPIS

JOANNIS HENRICI HEITZ

ACADEMIÆ TYPOGRAPHI.

D. III. Junii A. MDCCLXXXII.





88 3V

